

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0026

LOG Titel: S. VIII.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

§. VIII.

CAP. I.

ARGUMENTVM.

De origine & sanctitate iurifurandi.

SUMMARI A.

- 1 Iurandum species executionis est.
- 2 Iurandum semper apud omnes nationes in magna veneratione habitum est.
- 3 Iurandum apud Romanos inuiolate sancteque semper habitum seruatumque semper fuit.
- 4 Captiuos Romanos Anibal post bellum Cannense Romanam misit, vt captiuus Punici cum captiuis Romanis commutarentur, & id à Senatu imperant.
- 5 Postliminium iustum non dicitur, si illi qui iureiurando redire promiserunt, non reuertantur.

1 Quoniam iurandum executionis † species est, merito nonnulla de iureiurando dicenda sunt. Fuit iurandum semper † apud omnes nationes summa in reuerentia habitum, & quidem iure optimo, vt infra loco suo dicetur. Et ideo dixit Aulus Gellius *noctium atticarum lib. 7. cap. 18.* † Iurandum apud Romanos inuiolate sancteque habitum seruatumque fuisse, & id moribus legibusque multis ostendi. Et huius rei non tenue argumentum esse posse, quod prælio Cannensi Anibal Cartaginensium Imperator, † ex captiuis Romanis electos decem Romanam misit: mandauitque eis ac pactus est, vt si populo Romano videretur, permutatio fieret captiuorum, & pro his quilibet plures acciperent, darent argenti pondus libram scilicet & felibram. Hos priusquam proficeretur iureiurando adegit redituros eos esse in castra Punica, si Romani captiuos non permutaret: Veniunt Romanam decem captiuus, mandatum Pœni Imperatoris in Senatu exponunt: Permutatio Senatui non placita, parentes, cognati affinesque captiuorum amplexi eos postliminio in patriam rediisse dicebatur: statumque eorum integrum incolumemque esse, ac ne ad hostes redire vellēt orabant: Tum octo ex iis postliminium † iustum non esse sibi responderūt, quoniam deiurio iuncti forent, statimque vti iurati erāt, ad Annibalē profecti sunt duo reliqui Romam manserunt, solutosque esse sese ac liberos religione dicebant: Quoniam cum egressi castra hostium fuissent, commentitio consilio egressi eodem die tanquam si ob aliam fortuitam causam issent: atque ita iureiurando satisfacto rursus iniurati abiissent. Hęc eorum fraudulenta calliditas tam esse turpis aestimata est, vt contempti vulgo despectique sint: Censoresque postea omnium notarū & damnis & ignominia affecerint: Quonia quod se facturos dictauerant, non fecissent. Cornelius autem Nepos lib. exemplorum 5. id quoque literis mandauit, multis in Senatu placuisse, vt ii qui redire nollēt, datis custodibus ad Annibalem deducerentur: sed eam sententiam numero plurium, quibus id non videbatur superatam: eos tamen, qui ad Annibalem non rediissent, vsque adeo inestabiles inuisosque fuisse, vt tædium vitæ cœperint, necemque sibi consciuerint.

CAP. II.

ARGUMENTVM.

Nonnulla de iuramento redeundi ad carceres, quatenus obliget.

SUMMARI A.

- 1 Iurans obsidem custodire pro aliquo debito, si aufugiat obses, an redire teneatur & compelli possit, si ad ecclesiam confugiat.
- 2 Iuret si fortasse quis redire, & ideo eum custos relaxauerit, vt puta in die festo, vt ad diuinum officium audiendum ire possit, & deinde de ecclesia exire nolit, nec in carcerem reuerti, an redire teneatur & cogi possit.
- 3 Iurans redire in carcerem, tenetur redire, etiam si imminet periculum mortis.
- 4 Iuramentum in carcerem redeundi, est obligatorium: & qui non redit, peccat.
- 5 Iuramentum metu mortis præstitum, vel amissionis rerum, est obligatorium, saltem quo ad ecclesiam militantem.
- 6 Iuramentum in damnum salutis corporalis præstitum, seruandum non est, etiam si possit seruari sine interitu salutis aternæ, & id quomodo intelligatur.
- 7 Monachorum Cartusensium ordinis iuramentum reprobatur, dum iurant illud quod vitæ periculum asserre potest.
- 8 Captus in bello iusto licite an possit aufugere.
- 9 Homicida sui ipsius ille dicitur, qui cum aufugere possit, in carcere remansit, vnde postea ad mortem deductus sit.
- 10 Veritas omittenda vel impedienda non est, aut mutanda metu mortis, vel tormentorum, aut alterius cuiusvis damni.
- 11 Romani sententia reprobatur.
- 12 Captiuus militum, qui incursum in aliorum territoria factum, etiam si iurauerint redire in carcerem, redire non tenentur.
- 13 Captiuus quicquid promittunt, cum captus est licita, seruare tenentur.
- 14 Fides hosti priuato seruanda est.
- 15 Captiuitas, an licita sit.
- 16 Captus iniuste, licet iuret reuersurum se, non efficitur periurus, si non reuertatur.
- 17 Miles si iurauit intra tempus quoddam conuentum esse in aliquo castro munito, & dum accederet fuerit retentus & ei mandatum, vt non recederet, nisi mille aureos prius solueret, & ipse id data fide promiserit iurando non recedere quousque soluat allegando huiusmodi impedimentū, audiendus non est.
- 18 Horatiorum & Curiatorum duellum.
- 19 Duellum Davidis & Golia.
- 20 Marci Valerii & cuiusdam Galli duellum.
- 21 Iurans contra id, quod verum est in casu, in quo agitur de periculo sanguinis, an periurus efficiatur.
- 22 Maritus si suspicetur de adulterio vxoris, & ei hac de re iuramentum deferat, & ipsa mortem timens fateatur, vel iuramentum suspicere nolit, an efficiatur periura.
- 23 Deo displicent ea, quæ contra charitatem aguntur.
- 24 Tex. in c. si quis coactus. 22. q. 5. declaratur.
- 25 Tex. in c. verum, extra de iureiur. declaratur.

Præbent nobis prædicta occasionem tractandi nonnullas alias à nostris Iureconsultis relatas

quæstiones: Quæ cum prædictis plurimum conueniant, merito hoc loco discutiendæ sunt. Harum autem prima est, de qua meminit Steph. Aufrerius in additione ad decisionem Tholosanum 422 inquit enim **1** *ibi Aufrer. in facto accidisse, vt quispiam iurauerit oblidem quandam pro quodam debito retinere & custodire: Vnde quæsitum fuit, an si ipse obles aufugiat, redire teneatur: possitq; si ad ecclesiam confugerit, vt redeat compelli? Aliam huic valde similem quæstionem formauit & discutiendam proposuit Bartol. Brixienfis. quæstio. dominicali 37. de quodam carcerato, qui cum die festo à custode, vt fortasse diuino officio in Ecclesia interesset, relaxatus esset cum iureiurando in carcerem redeundi: nam cum deinde ab Ecclesia recedere nollet: an vt rediret compelli possit, fuit non leuiter dubitatum. In hac quæstione Brixienfis rationibus pro vtraq; parte facientibus omisissis, ita distinguendo concludendum esse arbitratur. Aut enim, inquit ipse, in carcere ab eo iudice vel Prætoro, qui auctoritatem habet retinetur: & tunc redire omnino teneatur: Aut vero iniuste & ab eo qui eum retinendi auctoritatem non habet: & tunc redire non teneatur. Et hanc suam decisionem confirmare ait illud, q̄ notatur in clem. pastoralis. versic. nunquid etiam, in gl. de re iud. Colligit tamen ex eadem gl. Brixienfis, quod quando redire teneretur, ecclesiam tamen eū reddere nõ teneri. Nec etiam inde vi extrahi posse, nisi prius quod non morietur, ei cautum sit, ac etiam de membrorum abscissione, vt videtur tex. in c. inter alia, extra de immunitate eccles. cum concordantibus & ita refert Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de iureiur. super rub. & idem voluit Abbas Sicul. in c. inter alia. & Bart. in l. relegati. ff. de pœnis. & clau. in c. immunitatis. vers. 7. & vers. 19. Si vero ille custos, qui oblidem retinebat, non iurauerit: & tunc distinguit latius, vt ibi ipse profequitur, ad quem me breuitatis causa refero. Abbas autem hac de re loquens in c. si vero, n. 8. extra de iureiur. inquit eum, qui iurauit in carcerem redire, iusiurandum etiam quod mortis periculum immineret, illud obseruare debere. Id autem procedit, nisi iniuriöse in carcerem coniectus sit. & de hoc videtur gl. notabilis in clem. pastoralis. in vers. violētam, de reg. iur. & Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in tit. super rub. & inquit facere illud, quod notat Bart. in l. relegati. ff. de pœnis. Idem præterea voluit Abbas in c. sic ut, & infra. num. 4. extra de iureiur. dum inquit iuramentum in carcerem redeundi obligatorium esse: Quod tamen intelligit, si bellum iuste indictum sit: nam tunc inquit, eum qui redire potest si nõ redeat, vel carcerem aufugiat, peccare, vt notat gl. in c. iusgentium. in 1. distinct. & tradit Bart. in d. l. relegati. ff. de pœnis. At secus, si iniuria in carcere detineatur, & corporis periculum imminet, cum tunc iuramentum sine periculo salutis corporis seruari non potest, c. si. 12. quæst. 2. & notatur in d. c. si vero, extra de iureiur. & tradit Abbas, quem videas, in cap. 1. col. 1. extra de testib. cogen. & Ias. in l. admonendi, col. 65. in materia fuge. ff. de iureiur. Et ideo idem Abbas in c. verum, n. 1. extra de iureiur. in primis notat, iuramentum metu mortis vel amissionis rerum præstitum saltem quo ad Ecclesiam militantem obligatorium esse: cum ecclesia non iudicet de occultis, vtputa an iurans animum se obligandi habuerit. Non desunt **6** tamen, qui tenuerint, iusiurandum in damnum & periculum sui corporis præstitum seruandū non*

esse, etiam quod sine dispendio salutis æternæ seruari possit: Quod tamen intelligunt, si directe vergat in huiusmodi damnum & periculum. Secus vero si indirecte ob aliquam occasionem, propterea quod tunc seruandum esse existimant. Et id inquit facere pro monachis & ordinis Cartusienfis: qui licet causam non expriment, eam esse existimo, quæ sæpe audiui, quod scilicet iurauerint carnem etiam in discrimine vitæ constituti non edere, quod sanæ mortis occasionem facillime præbere & afferre potest. Quæ fuit præterea Barbaria in c. sedes apostolica, num. 31. extra de rescrip. de eodem, qui vt supra diximus, in carcerem redire iureiurando promisit post diuinum officium, cuius causa carcerum custos eum relaxauit, & ipse Ecclesiam ingressus inde exire recuset, an id ei liceat? Et eadem Ioan. Andr. auctoritate in additio. ad Specul. in tit. de iureiur. in rub. additio. incipiente. item iterum quæro. inquit ei licere casu, quo ab aliquo tyranno iniuste in carcere detineretur, & id per tex. in d. clem. pastoralis. de re iud. idem quoque tenet Ioan. de Sylua in tract. de iureiur. in tertia parte. num. 31. in 1. fallentia, de eo loquens, qui pariter in carcerem redire iureiurando promisit, & mortis periculum imminet: Nam si in carcere iniuria detineatur, vt redire non teneatur, verius esse existimauit, per ea quæ voluit Abbas in d. c. si vero, col. 3. extra de iureiur. per gl. in d. clem. pastoralis, de re iudic. & per ea quæ voluit gl. in cap. iusgentium, in vers. seruitutes, distinct. 1. dum vult, vt captus in bello iniusto, iure aufugere possit, per text. in l. nihil interest. ff. de capti. & possim. reuers. & ea, quæ voluit Bal. in l. adoptio. C. de adoptio. & iterum Bal. in d. clem. pastoralis. & Archidia. in c. cum homo, 23. quæst. 5. & in d. c. iusgentium, vbi Dominicus à S. Geminiano in 8. distinct. & idem approbat Archiepiscopus Florentinus in secunda parte sua summe, in tit. 10. cap. 6. vers. secundus casus, & voluit etiam Angel. de Clauas. in sua summa, in tit. de carceribus. vt si iniuria & iniuste in carcere detinetur, ad eum redire nõ teneatur, per eademmet quæ dixit gl. in clem. pastoralis. Præterea huius conclusionis & de eo qui in carcere retinetur, meminit Diac. Couarruias lib. primo variarum resolutionum, c. 2. n. 7. dum quærit, quid de eo dicendum sit, qui iniuste captus cum sit, & in carceribus detentus, an possit custodes fallere, & se in locum tutum recipere, vt eo modo iniquam condemnationem, quæ verosimiliter timere poterat, euaderet? Et inquit consultius esse inique capto & innocenti, iudicium iusti iudicis expectare, quæ carceribus aufugere, ne talis fuga contra eum delicti suspitione pariat, vt notatur in d. l. admonendi. ff. de iureiur. & in c. nullus, extra de præsumptio. Verum si probabilibus timeat adductis collecturis, vtputa ob falsos testes, vel prauum iudicis animū, eius vitæ satis consultum non est, si tam iniquam sententiā expectet, & ideo ipse quoq; ita distinguendo huiusmodi quæstionē in tres species diuilit: Quarum prima est, cum is qui à carcere soluitur præstito prius iureiurando, vel data fide redeundi & in ea specie si quæretur, cum ab ipso reditu mortem vel aliquod aliud simile periculum expectat, an redire teneatur. & inquit si ad principale huius capituli resolutionem spectemus, dubium nõ esse etiam iniuste captum, qui à carcere præstito non recedendi iuramento, vel fide solutus periturum, aut mendacem esse, cum id, quod promisit in animæ præiudicium non seruet, prout in specie dixi-

diximus, quatenus pertinuit ad illam religionem de captiuis illis ab Annibale sub iuramentum religionem ad Senatum dimissis. quandoquidem mentiri, vel perituros esse nemini licet, ut ab iniqua morte vel periculo aliquo se liberet, ut ipse supra latius eodem in loco demonstraui. Verum simplicem promissionem omittentes, iuramentum seruandum esse, quod sine dispendio salutis æternæ seruari potest, ex eo apparet quod habetur in cap. si vero, extra de iureiur. Potest namque damnatus ad mortem appellationem remittere, & ita ut occidatur consentire. *l. 1. in fin. ff. de quasi. & l. Diu. ff. de pœn.* Sicut etiam reus de crimine falsi delatus allegationes ad sui defensionem facientes omittens, maximam iniquam sententiæ causam præbere potest, ut id licere patet ex text. in c. non est nostrum. 23. quæst. 5. cuius mentionem fecit Couarruias in epit. de matri. in fin. Et ideo ibidem subdit. iniuste captum si iureiurando in carcerem redire promittat, cum absque peccato redire possit, etiam verisimili coniectura inquam mortis pœnam vereatur, iniurandum illud seruare oportere, id quod asserit etiam Roman. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 78. ff. de verb. oblig. per text. optimum in l. 5. §. captiuus autem ff. de capti. & postli reuer. Præterea hæc eadem de re loquitur Bald. in materia duelli, in consil. 343. num. 2. vol. 2. dum vult, ut si quispiam sit captiuus alicuius, consuetudo generalis attendenda sit, qua cauetur, ut illi qui sub iuramento relaxantur, quicquid promiserint non seruent in carcerem reduci debeant: quandoquidem (ut ipse ait) huiusmodi pactum iure belli licitum est, si quispiam iure in bello captus sit. *l. nam & seruus, in princ. ff. de neg. gest.* Et ideo dixit Bald. in eo articulo, promissa seruanda esse, cum non pro debito pecuniæ, sed ob belli infortunium in carcere coniecti fiat. De hac conclusione meruit etiam Barbata in c. sedes Apostolica, num. 31. extra de rescript. pariter de eo querens, qui audito diuino officio, seu (ut aiunt) Missa, in carcerem redire iureiurando promiserat, si Ecclesiam ingressus de ea postea exire recuset: an id ei liceat? Et inquit etiam ipse Ioannem Andr. in addition. ad Specul. in eodem tit. de iureiuran. in rubric. in additione incipiente, item iterum querit. inquit licere, si iniuste detineatur ab aliquo tyranno per ea, quæ late supra deduximus. Et ideo infertur hominum malitiis & fraudibus obuiam eundem esse.

Contrariam vero opinionem, quod scilicet absque periurii & mendacii labe, is de quo supra diximus, non redire in carcerem possit, asserit gloss. in d. clemen. pastoralis, in verbo, per violentiam, ab omnibus ibi recepta, de re iudic. & Bald. in rubric. colum. 21. extra de vita & honest. cleric. & Abbas in cap. sicut, il. 3. num. 4. & in cap. si vero, num. 8. extra de iureiuran. & Ioan. And. in addit. ad Speculat. in rub. de iureiuran. & iterum Abb. in cap. inter alia, in fin. extra de immun. eccles. & Hippol. Marsil. in singul. 177. & Curt. senior in l. admonendi, col. 69. ff. de iureiur. & Anchar. in cap. peccatum, in 3. quæst. de reg. iur. in 6. & Ioan. Maior in 4. sentent. dist. 15. quæst. 22. col. 2. Quandoquidem quis iniurandum seruare non tenentur, vbiunque ob illud sine iusta causa ad probabile & verisimile mortis periculum se offert, ut est optimum text. in c. si non liceat. 23. quæst. 5. & est gloss. quam Ioan. And. Panorm. & alii sequuntur, in d. cap. si vero. & Ripa in tract. de peste. §. 2. col. 1. & ad idem est text. in §. ultimo. 22. quæst. 4. & in cap. negotiato-

rem clericum. 88. distinct. ex Hieronymo in epistola ad Nepotianum, quæ secunda est, primo epistolarum romo. Cum quilibet propriam vitam conseruare iudicatur: & alioquin sui ipsius homicida diceretur, & ideo hanc posteriorem opinionem verissimam arbitrantur. Nec eam in dubium reuocare oportere: quandoquidem nulla est pia, vel alioquin iusta causa, ob quam quis seipsum tam euidenti mortis periculo exponere debeat, imo si fieret, temerarium consilium appellandum esse: Quamobrem tantum abest, quod quispiam in hoc casu ad carcerem redire teneatur, ut si redierit, non leuiter peccare dicatur. Nam captus à iudice, si iniquam denunciationem timeat à ratione, quam deduxit, auferere potest: & in specie ita asserit Ioannes Maior in d. quæst. 22. colum. 1. Id quod præterea comprobatur ea potissimum ratione, quod manens in carcere, à quo auferere potest, & ex quo ad mortem deducendus est: illud facit, vnde mors subsequitur, prout diuine Thomas secunda secunda. quæst. 69. art. 4. ad secundum argumentum premitit: Ergo sui ipsius homicida est. Quod & idem Thomas quadam adducta similitudine confirmat: quamuis aliter eius verba Caietanus interpretetur. Vnde manifesta responsio ad prioris opinionis rationes, & præsertim ad vltimam colligitur: cum manifestissimum sit, iniurandum illud absque animæ periculo seruari non posse, ut expresse fatetur Abbas in d. cap. sicut, num. 4. extra de iureiur. Præterea tollitur etiam prima ratio, ex eo quod aliud sit ob mortem euitandam non licere cuiuspiam periurium quadam rei præteritæ asseritione, vel præsentis mendacium committere: aliud iniurandum promissorium simplicemve promissionem executioni non mandare: Nam hoc vltimum vtrique licitum est, vbiunque iniurandi, promissionisve executio in dispendium salutis spiritualis vel corporalis fit. Primum autem nullo modo licet, cum id ad veritatis corruptionem pertineat: Quæ quidem veritas & omittenda non est, nec falsitate mortis, vel tormentorum metu mitranda, vel alterius damni imminentis. Nec obstat Romani sententia: & quia in d. c. captiuus, non probatur, cum ibi non dicatur, Attilium Regulum, qui iniurandum seruauit, id ex necessitate obligationis fecisse: nam id etiam facere potuit ob maximam iuramentum religionem: non autem quod illud seruare cogere: & ideo miris laudibus effertur. Præterea non est omnino certum, bellum illud, ex parte Carthaginensium iustum fuisse. Imo Romani leges de captiuis cum eis seruabant: & ideo quod in eo casu redire omnino tenerentur, dicendum videtur. Minus etiã obstat, dum diximus, iniuræ ad mortem damnatum appellationem & alias ad suam defensionem allegationes & iura omittere: Quia id tunc verum est, ut is de propriæ salutis tutela dubius est, ut in ipsa epit. dixit Didacus. At si certus sit, appellationem & allegationes suæ innocentie plurimum profuturas, & fortasse eum ab iniqua morte liberaturas omittere temerarium esse, & mortale fortasse crimen, cum nulla de causa id agere omittat, quod cum ab iniquæ mortis periculo iam prope imminente liberare posset. Præterea hanc conclusionem sequitur Paris de Puteo in tractat. de re milit. & duello, lib. 9. quæst. 5. dum quærit, an captus in duello, si relaxatus data fide redeundi possit de iure ciuili ad redeundum compelli: Et in-

quit Bald. in l. in adoptione. C. de adoption. velle, quod si captus hostis sit reipublicæ, fides ei obseruanda non sit. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. & tradit gloss. in d. clement. pastoralis, de re iudic. posse tamen, si voluerit, reuerti. l. captiuus. ff. de capt. & postlimin. reuers. Et faciunt etiam ea, quæ supra diximus de iusta, vel iniusta captura, in quo casu, vt diximus, iusiurandum seruandum non est: & ideo inde ad plures alias conclusiones infert eodem in loco ipse Puteus, vt
 12 puta † si quis militum captiuus sit, qui in aliorum territoria incursionem faciunt: huiusmodi namque captiuus redire non tenentur. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. & tradit gloss. in l. nam & seruus. ff. de neg. gest. & idem si sint stipendiarii alicuius Regis, vel Principis, dicendum arbitratur, si in actu belli publici milites capiat, & eosdem soluta pecunia restituunt, vt quotidie à piratis fieri videmus. Nam nec hi redire tenentur, etiam si redire iureiurando promiserint, vt supra diximus. Hoc namque iusiurandum reprobatur. l. postliminium. §. captiuum. ff. de capt. & postlimin. reuers. propterea quod huiusmodi latrones appellantur. l. qua à latronibus. ff. de testam. Subdit tamen Puteus, militum consuetudinem in contrarium esse, sed tamen iniquam, & ideo non esse seruandam etiam coram magistro militum. l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam de iactu. & in auth. nauigia. C. de furt. & in corpore vnde sumitur. Si vero sit bellum licitum, vt supra diximus: & tunc captura est licita, vt ait Innoc. in c. olim, extra de resit. spol. & voluit Bart. in l. hostes. ff. de capt. & postlimin. reuers. & tunc capti si
 13 † quid promittunt, seruare tenentur. Et ideo si sint iuste capti, & relaxati iureiurando redire promiserint, redire omnino debere, vt voluit Bart. in l. carcerem. ff. quod metus caus. & in d. l. qua à latronibus. & in d. l. postliminio. Et idem tenet Bald. in d. l. nam & seruus, & iterum dixit Bald. in l. 1. C. si à non competen.
 14 iudic. quod hosti priuato † pax seruanda est, licet non publico, & idem, quod supra diximus, tenuit Angel. in l. athletas. §. 1. ff. de infamib. vbi vult, vt captus in bello licito redire debeat: secus vero in illicito. Et idem quoque locum habere, si simus in dubio, an sit licitum, vel non, propterea quod captiuitas † à iure permessa est, vt inquit Innoc. in c. olim causa, in fin. extra resit. spoliat. Et tradit Bald. in d. l. nam & seruus. si captiuus præstat iuramentum de reuertendo, non teneatur reuerti, per illam gloss. quæ dicit, quod de consuetudine armigerorum id seruatur. Verum Bald. ibidem in 2. lectura, dicit gloss. in d. l. nam & seruus. locum habere & procedere in capto à latronibus, per text. in d. §. non fuit. secus in capto ab hostibus, cum in eo casu bellum iniustum sit, propterea quod ibi est obligatio naturalis, & ei accedit iusiurandum. Idem præterea tenet Angel. in sua disputatione incipiente, renouata genera. & tradit gloss. in l. succurritur. ff. quib. ex cau. maior. vbi in
 16 iuste † captus si iureiurando reuerti promittat, si non reuertatur, periurus non efficitur. & eam gloss. refert Bald. in d. l. nam & seruus. At secus si iuste quis captus sit, & hoc etiam tenet Lud. Roman. in l. plerique. ff. de in ius vocan. Et dixit Bald. in l. nec non. §. 1. ff.
 17 quibus ex caus. maior. quod si miles † iurauerit intra aliquod deputatum & conuentum tempus, alicuius castri curam & tutelam recipere: & dum se in illum locum reciperet, in itinere à quodam particulati domino retentus sit, eiq; vt non recedat, antequam ei mille aureos solueret, qui eam summam

fide non recedere promisit, non soluta prius ea summa, etiam si tale impedimentum allegauerit, audiendum non esse: quia si aliquis indebite in priuatis carceribus retineatur, vt si potest aufugiat ei concedendum esse, secundum Cynum: & si quando non iurasset, excusari deberet. Quare autem in hoc casu audiendum non sit, ea est, quod iusiurandum etiam metu extortum, donec iurans absoluitur, obseruandum est, vt dixit Bald. in d. §. 1. & Ioan. And. in addit. ad Specul. in tit. de iureiur. vbi refert distinctionem Martini. An autem, quando quis in duello priuato victus est, & sub sua fide relaxatus, quod vbiunque victor voluerit reuertetur, redire teneatur ex prædictis colligi potest: Nam si duellum in casu à iure permisso factum sit, vel publica Imperatoris autoritate, vt accidit in Florentina obsidione, cum quatuor ex ciuibus nostris duo ex ipsa vrbe, alii vero duo ex castris ad duellum deueniunt: vtique iusiurandum ligasset & obseruari deberet, prout etiam si ad duellum publica Imperatoris, Regis, Principis, vel ducis belli deueniatur: nam etiam in eo casu redire tenentur, cum instar belli iusti habeat; Exemplum de hoc potest etiam sumi ex Horatiis † & Curiatis, quos refert Liuius lib. 1. 18
 Decad. 1. de Metio & Tullo loquens: Quandoquidem cum Metius Tullum alloqueretur, admoneretque eum Etrusca res, quæ circa eos & Tullum populumq; Romanum maxime esset, quo propiores Romani ideo ineundam aliquam viam, qua vtrius imperent sine magna clade, sine multo sanguine vtriusq; populi: res Tullo non displicuit, quamquam tum indole animi, tum spe victoria ferocior erat: Quarentibus vtrinque ratio initur: cui & fortuna ipsa præbuit materiam. Forte in duobus tunc exercitibus erant trigemini fratres, nec ætate, nec viribus dispares, Horatios Curiatiosque fuisse satis constat. Nec forte res antiqua alia est nobilior, cum trigeminis agunt Reges, vt pro sua quisq; patria dimicent ferro, ibi imperium fore, vnde victoria fuerit, nihil recusatur: Tempus & locus conuenit: Priusquam dicarent fœdus initum inter Romanos & Albanos est his legibus, vt cuius populi ciues eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret: fœdera alia aliis legibus; in quo prælio cum Romani vicissent, populus Romanus Albanis imperauit. In hoc autem singulari certamine si quis fuisset sub iureiurando dimissus, cum esset iustum bellum, relaxatus redire deberet per ea, quæ supra diximus. Exemplum etiam in Dauide † poni potest, & Golia, vt legitur in 19
 Testamento veteri, lib. Regum 18. & in cap. monomachia. 2. quæst. 5. & tradit gloss. in cap. gaudemus, extra de diuort. & in cap. non licet. 33. quæst. 5. Dixit iterum Liuius lib. 7. Decad. 1. cum de bello Gallorum loqueretur; vbi stationibus quieti tempus tererent, Gallus processit magnitudine atque armis insignis: Quatiensque scutum hasta cum silentium fecisset prouocat per interpretem vnum ex Romanis, qui secum ferro decernat. † Marcus erat Valerius tri- 20
 bunus militum adolescens, qui haud indigniorem eo decore se quam T. Mallium ratus prius sciscitatus Consulis voluntatem in medium armatus processit, minus insigne certamen humanum numine interposito Deorum factum. Namque conferentiam manum Romano coruus repente in galea cõsedit, in hostem versus: quod primo in augurium
 celo

et aëlo missum latus accepit Tribunus, precatus deinde si Diuus, si Diua esset, qui sibi præpetem mississet volens propitiis adesset: dictu mirabile, tenuit non solum ales captam semel sedem: sed quoriscunque certamen inritum est, leuans se alis os, oculosque hostis rostro & vnguibus appetit, donec territum prodigii talis visi, visu oculisque simul ac mente turbatum Valerius obruncat: Coruus è conspectu elatus Orientè petit. Quod quidem etiam singulare certamen iustum dici poterat, & ideo locum habuisset supra scripta conclusio. In his terminis Cardinalis Albenlis in l. si quis pro eo, num. 4. ff. de fideiuss. quid dicendum sit, si quispiam fortasse falsum iuret: † in casu in quo agitur, de periculo sanguinis ipsius, an periurus efficiatur, & inquit, eum non esse periurum, dicere Alex. à quamplurimis peritis Iureconsultis consultum fuisse in additione ad Bart. in l. ff. de bonis eorum, qui ante sentent. sibi mortem conscruer. quem sequitur Paulus Griland. in tract. de relaxatione carcerat. in tit. de fuga carcerat. quæst. 1. num. 9. Ex his præterea inferri potest, si maritus † uxorem suspectam habens de adulterio ei hac de re iusiurandum deferat: ipsa vero mortem timens si fortasse fateatur vel iusiurandum suscipere nolit, periuram non effici: & si subdat id affirmare non audent. Hinc quoque inferri posse arbitratur, si forte quispiam cum aliqua muliere matrimonium contraxerit, & deinde eundem virum dicat prius secum matrimonium contraxisse: Verum quia id concludenter probare non poterat, velit iuramento viri id omne committi: an ipse iurare teneatur? & casu quo iuret, an periurus efficiatur: cum quatenus constaret duas uxores duxisse in corpore luere deberet? Subdit tamen satius esse iudicem à delatione talis iuramenti abstinere, in qua suspicetur ne iurans periurium incurrat, vt voluit Abbas in cap. clericus, extra de cohabit. cleric. & mulier. Iuramentum autem verisimiliter deieraturo deferens priusquam homicida est, vt dixit Felin. in cap. Apostolica, versic. & est plusquam homicida, extra de exceptione. Præterea de hac conclusione loquitur etiam Agidius Bellameta in rub. extra de iureiuran. num. 19. & 20. idem cum aliis includens, vt si timeat iurans sibi mortem iniuriosam & iniustam inferri, redire non teneatur, nec ob id periurium incurrare: secus vero si iustam. & subdit huiusmodi opinionem Zenzæ Pauli, & Guiliel. in clemen. pastoralis, de re iudic. extitisse. Id autem ex eo optime probatur, quod iuxta ordinem charitatis seipsum magis quam alium diligere tenetur. cap. si non licet. 23. quæstione 5. & cap. qui vult, de penit. distinct. 1. & cap. nisi igitur, extra de vsu pal. & cap. 1. & duobus sequentibus. 22. quæst. 4. & cap. iuravit. & cap. vnusquisque, §. vlt. versic. quisquis. Imo id etiam in casu dubii periculi iusiurandum non ligare arbitratur. cap. si aliquid, eadem quæst. Ad quod facit etiam illud, quod notatur in c. si vero, in gloss. 2. extra de iureiuran. Nam † displicet Deo, quia est contra charitatem, cap. charitas est, vt mihi videtur, de peniten. distinct. 2. ibi, corpus nostrum. alias in cap. sequenti. & cap. non solet, in fin. distinct. 5. & facit text. in cap. si quis præuentus, 22. quæst. 2. & facit in argumento text. in cap. vna, 33. quæst. 5. & illud, quod notatur in cap. si ad Papam, 22. quæst. 4. licet text. ibi repugnare aliquantulum videatur. Præterea facit etiam illud, quod habetur in 14. quæst. 5. pene per totum, & in cap. non est, 1. quæst. 1. & in cap. fin. extra de pact. & in cap. nemo,

de regul. iur. lib. 6. Accedat etiam quod de corpore proprio nemo disponere potest. cap. qui patrem, 55. distinct. & cap. si quis, & cap. 1. & cap. 2. & 3. vbi notatur, extra de corpore vitia. Iure igitur optimo huiusmodi iusiurandum non ligare dicendum est, cum sit de iure impossibile, vt supra probauimus. Stantibus itaque prædictis, non obstat † c. si quis conuictus. 22. quæst. 5. nam intelligitur de eo, qui sub pœna mortis falsum iurare coactus fuit, vt habetur in cap. merito, in princ. 15. quæst. 1. in eo enim casu mortem potius pati, quam falsum iurare debuit. Minus etiam dicunt obstare † text. in cap. verum, extra de iureiuran. 23. vbi species, de qua agitur, decidi videtur. Nam inferre non vult ille text. vt quis certa die ad mortem redire iureiurando promississet, sed dare: Quod si non obseruaret & faceret, corpus & bona perdidisset: & ideo voluit, iusiurandum tenuerit, nisi aliter subueniatur. cap. si vero, eodem tit. de his, quæ vi metusve causa. & c. 2. 3. & 4. 5. quæst. 6. Optime facit illud, quod dixit diuus Thomas pro intellectu horum capitum & iuri deductorum, in 2. secunda, quæst. 89. art. 7. in solutione tertii argumenti. & quæst. 98. art. 3. in solutione primi argumenti. ibi, quo ad secundam partem conclusionis sufficiat fundamentum conclusionis secunda & remissionem ibi data. & pro vtraque adduci potest saepe relata clemen. Accedat etiam quod cum redditi iuramenti super re licita præstiti à iure diuino procedit. cap. si peccatum, 23. quæstio. 1. potius debet quis mortem perpeti, vt patet ex iuribus supra deductis, & licet sententiam distet mortem etiam iustam euitari posse, & ita intelligi posse videtur prædicta clementina, & cap. ius naturale, 1. distinct. reuera tamen ratio contrarium suadet, cap. non est nostrum, 23. quæst. 5. & facit illud, quod notatur in cap. habeo, 16. distinct. & in cap. nolite, il 2. 11. quæst. 3. quæ capitula de iniusta morte loquuntur. Nec dici potest, mortem recipere, iuri naturali repugnare: quia si id esset, nulla lex permetteret, aut præciperet. Facit præterea ad hoc illud, quod habetur in cap. verbum Apostoli, 11. quæst. 3. & ita in hoc casu seu casibus concludendum videtur.

CAP. III.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1. Iusiurandum omnino seruandum est, si non redundat in dispendium salutis æternæ.
2. Iuramenti magna est vis.

EX prædictis colligitur, † iusiurandum nisi tenet in dispendium salutis æternæ, omnino seruandum esse, vt inquit Roderic. Suarez in tit. de las arras, il 2. in l. incipiente, Toro home. & Port. in consilio 22. num. 10. & idem Portius rursus in consilio 112. num. 10. vt est text. in cap. & iurabunt. 22. quæst. 4. & in cap. & si Christus, extra de iureiuran. vbi Doctores ad idem animaduertunt, & talis iuris normam inflexibilem esse arbitrantur. cap. sunt quidam, 25. quæst. 5. & cap. fin. §. moralis, distinct. 6. & cap. literas, extra de restit. spol. ibi, nos enim dispensare non possumus. & gloss. in verbo, consumatum & in nobis, extra de decimis. vbi gloss. in verbo, exemptis. Hanc præterea conclusionem sequitur Roland. à Valle in consil. 31. num. 5. vol. 2. subdens, cautos procuratores & aduocatos esse oportere & curare, vt in quolibet instrumen-

to ius-

to iusiurandum apponatur, propterea quod multos & notabiles effectus parit, vt inquit Ias. in l. si quis maior. C. de transact. vbi tradit etiam Curt. senior in 1. col. Et ideo hac de re ad Mattheilanum semper recurrendum esse, & ideo deliberaffe nunquam contrahere, nisi in contractu iusiurandum apponatur, vt voluit Decius in d. consil. 451. col. 2. & Butrius in consil. 48. col. fin. Magna t̄ namque est vis iusiurandi, vt dixit Cagn. in d. l. si quis maior, num. 36. vbi tradit post Seuerinum in tract. de transact. & recentiores Brixenses in cautela 20. Item hanc conclusionem sequitur Vincentius Paleorus in l. 2. C. de rescind. vend. & Ioan. Neüz. in consil. 23. num. 16. dum vult, iusiurandum esse semper seruandum, si possit seruari sine interitu salutis æternæ. & Petrus Anchar. in consil. 339. num. 11. & Gozad. in consil. 22. num. 11. & Anton. à Butrio in consil. 24. num. 1. & Corn. in consil. 25. num. 11. vol. 2. & rursus Corn. in consil. 32. num. 3. vol. 2. & Socin. iunior in consil. 3. num. 24. vol. 2. & rursus idem Socin. in consil. 44. num. 2. in eod. vol. per text. in cap. cum contingat, extra de iureiur. & in c. quamuis, de pact. lib. 6. & vtrobiq; late tradunt alii Doctores, & Ias. in authent. sacramenta puerum, col. penult. C. si aduers. vendit. Decius in consil. 31. & pro tenui, col. 1. & rursus idem Socin. iun. in consil. 20. num. 5. eod. vol. 2. Id autem, vt dicunt Doctores, procedit, cum iusiurandum habet tres comites, de quibus nos infra latius dicemus, vt inquit idem Socin. in d. consil. 3. num. 40. vol. 2. Idem præterea iterum voluit Socin. iunior in consil. 29. num. 15. eod. vol. 2. & iterum in consil. 65. nu. 46. vol. 1. & iterum idem Socin. iun. in consil. 144. num. 7. vol. 1. & idem iterum firmavit etiam Barth. Socin. in tract. regular. in regula 156. addens text. in cap. Florentinum, distinct. 85. vbi tradit gl. & Archid. in c. animaduertendum, 23. quest. fin. vt tradunt etiam Canonista in cap. si vero, extra de iureiur. & Alexand. in consil. 25. num. 4. & in consil. 89. num. 5. & consil. 149. num. 10. vol. 7. vbi inquit idem voluisse Imolam in d. cap. quamuis, de iureiur. in 6. & Ludouicus Romanus in l. qui superstitis, ff. de acquiren. heredit. & rursus Imola in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum obligat. & in cap. cum contingat, & in cap. Quintauallis, col. antepenult. extra de iureiur. Rursus eandem opinionem firmavit Alexand. in consil. 217. num. 2. eodem vol. 7. & iterum Alexand. in consil. 27. num. 2. vol. 1. & in consil. 181. num. 4. vol. 5. & Bertrandus in consil. 47. num. 2. vol. 1. iuxta primam impressionem, & Curt. iun. in consil. 67. & Iacob. de Arena in l. si quis in conscribendo, num. 1. C. de pact. & Cephal. in consil. 142. num. 1. vol. 1. ita vt fideles iuramento adstringantur, cum sit affirmatio religiosa, quæ seruanda est, quasi Deo teste promissa, vt inquit M. Tullius lib. 3. offic. & iterum Alexand. in d. l. is qui heres, num. 9. ff. de acquir. heredit. & in l. si quis mihi, §. sed vtrum, num. 12. eod. tit. & Albertus Brunus in consil. 33. num. 4. & in consil. 89. nu. 6. in vol. consil. feud. diuer. & Mantua in consil. 16. num. 30. vol. 1. & in consil. 20. num. 37. & in consil. 36. num. 19. & in consil. 132. nu. 7. & in consil. 204. num. 3. & in consil. 306. in eod. vol. & Socin. iun. in consil. 65. num. 49. vol. 1. & in consil. 144. num. 7. eod. vol. & in consil. 3. num. 24. vol. 2. & in consil. 24. num. 2. & in consil. 44. num. 2. & in consil. 13. nu. 4. & 4. vol. 2. & Gozad. in consil. 20. num. 11. & Ias. in d. authent. sacramenta puerum, num. 81. C. si aduers. venditi. & Ioan. Annibal in l. nemo potest, num. 278. ff. de leg. 1. De eo autem, quod supra diximus, iuramentum quod obseruandum est, tres comites habere debere, est text. in cap. & si Christus, extra de iureiur. & in

authen. quod eis, vbi gloss. & refert Bertran. in d. consil. 72. num. 2. vol. 1. iuxta primam impressionem, & in consil. 236. num. 13. eod. vol. 1. per text. in c. animaduertendum 12. quest. 4. & idem inferre videtur text. in l. cum pretor §. 1. in verbo, iudicio, cum gloss. ff. de iudic. & voluit Alexand. in l. si sic, ff. de leg. 1. & in consil. 33. viso themate, col. 1. vol. 1.

C A P. IV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M

Iusiurandum ex diuina legis fontibus proficiscitur & iuris naturalis.

Conuenit enim, t̄ quod iusiurandum seruandum sit, cum eius vinculum ex diuinæ legis fontibus proficiscatur: ideo ne custodiatur, vix relaxari potest, Matth. 5. redde Domino iuramenta. Psal. 109. & 131. Iurauit Dominus Dauid, & non frustrabitur eum. & Psal. 88. vbi diuus Augustinus in 2. enarratione, litera A, & B. Et ideo à legis humanæ dispositione illinc nascens obligatio non facile potest immutari. c. sunt quidam, 25. distinct. & Liura sanguinis, ff. de reg. iur. & tradunt omnes in cap. que in ecclesiarum, in primo membro distinctionis Panormitani, extra de constitution. & l. fin. C. si contrarius, vel vtilit. public. Et ideo cum qui iurauit, vt promissa adimpleat, pontificiæ legis supercilio cogendum sæpius constitutum videtur, cap. quanto, & cap. debitores, & cap. cum quidam, extra de iureiur. & cap. licet, eod. tit. in 6. Vnde quamuis humana lex pactione ipsam, dum nuptui traditur improbet, vt nullum ad paternam bonam illa regressum habitura sit. l. pactum quod dotali, C. de collat. si tamen iuramentum accesserit, non vi, non dolo aut metu adhibitum, Pontifex ipse omnino constituendum constituit, cap. quamuis, de pact. lib. 6. Præterea, quod iuramentum adhæreat spiritualitati, tradit Martinus Freccia in tract. de presentation. instrumen. in 1. parte, quest. 1. num. 6. & Aymon Crauet. in consil. 241. num. 12. per text. in d. cap. si Christus, extra de iureiur. prout etiam dicitur esse de iure naturali, vt voluit Archid. in cap. autoritate, 15. quest. 6. & refert. & sequitur Anchar. in consil. 382. retento ordine, col. 2. in fin. subdens pariter Principes & priuatos obligare: Quinimo, quod etiam sola promissio Deum ipsum obligaret, vt notat Bald. in l. 1. ff. de pact. & notant Canonista in cap. 1. extra de probation. & quod iuramentum si de iure diuino, dicit etiam Paris. in consil. 168. num. 455. iuxta illud Matth. reddde Deo iuramenta tua, cap. 5. & idem voluit Socinus iunior in consil. 32. num. 36. per ea, qua tradit Alexand. in l. si donatione, C. de collation. Et ideo dicit, quod cum ex eo quæratur obligatio summo Deo, ideo Pontificem remittere non posse, vt declarat Abbas in dicto cap. quanto, extra de iureiuran. & iterum idem voluit Socinus iunior in consil. 47. num. 7. & in consil. 125. num. 7. eodem vol. 3. & Decius in consil. 423. num. 8. part. 3. & iterum in consil. 68. num. 13. cum multis aliis vulgaribus.

C A P. V.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iusiurandum variis verbis fieri apud gentes solitum est, & variis modis.

2. *Iurare per Osiridem solis Græcis licuit, & aliis modis, de quibus infra.*

Quam varium & multiplex iusurandum † apud gentes fuerit, à nonnullis memoriæ proditum est, ut refert *Alexand. ab Alexandro lib. 5. genialium*. Alii enim per terram, per amnes, per fontes, per vndas fluentes, in maximum sanctissimumque iusurandum fuisse Græcorum veteres credidere, & ideo Ouidius *lib. 2. Fast.* inquit:

Stillanremq; tenens generoso sanguine cultrum

AEdidit, in pauidos ore minante sonos:

Per tibi ego hunc fontem castumq; cruorem,

Perq; tuos manes, qui mihi numen erunt:

Apud eos quoque, qui sanctam & inuiolabilem præstabant fidem in Thesmophœræ, hoc est, legiferæ Ceteris templum descendere, & quibusdam exhibitis sacris Deæ purpuram induere, incensiq; facibus velut præsentibus numinibus per quicquid est Deorum deierare solebant, aut per regium sceptrum, in quo iura dabant, teste Homero. Quod præpotens iusurandum regibus visum, ita ut maxima obstricti fide tenerentur. Nonnunquam vere apprehenso & stricto in iugulum gladio cœlum, terras, Solem & vltices furias aduocare & testes facere, mox verte immolato, & in mare deiecto, iusurandum præbere: quo præstito, nihil præterea quærendum homini erat. Vnde Ouidius *libro Fastorum 3.* ait:

Anna per hanc iuro, quam quondam audire solebas

Tellurem, fato prosperiore dari,

Perq; Deos comites, hac nuper sede locatos

Sæpe meas illos increpuisse moras.

2. Atheniensibus † ex solis Græcis per Isidem iurare licuit: Nonnunquam Deorum aras tangere sanctissimum iusurandum putabatur apud Thebeos per Osiridem: Scythis per folium Regis: aut per ventum & Acynacem; solemne iuramentum fuit apud Epidaurios per Semelem, apud Thraeces per Mercurium: Massagetis per Thanaim & Meotidem paludem, Cappadocibus per montem, quæ pro Deo colebant. Persarum mos erat per mithram, hoc est, solem iurare; Ægyptiæ alium, porcum & capras velut sanctissima numina venerati sunt: Quæ fallere, aut illorum periclitio astringi sine graui piaculo non licebat. Fertur Zeno per caparim: Iohes per Cambrem: Lampon per anserem: Socrates per canem & platanum: ne per Deos iuraret, aliquando per quercum & hircum: Sophocles per Laperias, hoc est, Castorem & Pollucem deierare consueuisse: Æthiopes per defunctos, quos colebant in vita, quorum corpora vitro seruabant: deierarunt Lacones per Sparthanos & Argiuos Deos. Armenii iusurandum de rebus magnis in templo Anaitidis Deæ; quam maximi numinis instar habebant, ab ipsiq; religiose celebratur, præstate cõfueuerant. Apud nonnullos per obscænos & fœtidus cibos: ab aliis per caput alterius, aut per messes & fruges: Nonnunquam super defectis carnibus, aut militaribus armis, apud Syracusanos tactis cereis ignitis iurabatur. Græcorum plerumque per Radamantum: Pythagorei per quaterniones: si quidem hunc numerum ad animæ integritatem spectare dicunt. In his fœtere mens, scientia, opinio & sensus, Aphri per viros insignes, qui virtutibus enituere: Pœni per patrios Deos fidem iure iurando sacrarunt: Orpheus si quis diuinam attestari

vellēt per numina octo iurare permisit, ignem, aquam, terram, cœlum, Lunam, Solem, Phœnem, & noctem. Philosophi per Socratem tanquam numen sanctissimum: Inde per aquam Sandaracianam, quæ apud magos è fonte manabat, maximum iusurandum æstimarunt, ita ut deierantes graui nexu & certissimo exitio tenerentur. Neque omiserim Priencensium spectatissimum iuramentum, qui cum ad internicionem ad locum, qui dicitur quercus, cum Milesiis graui bello decertassent, in eo que liberos & cara pignora amississent, si quid sanctiore fœdere firmare vellent, per tenebras quæ apud quercum deierabant, sicut Augilis, qui circa Cyrenem sunt, & Nasamonibus, nisi per manes defunctorum, quos velut Deos colebāt, iurare fas erat, illorum sepulchra contingentes: Quod Ægyptiis quoq; in more fuit, ut per defunctos quos in fictilibus circa templa condiderant, maximum putarent iusurandum, contra cuius religionem venire non licebat: Pœnorum mos traditur, ut aram & sacra tangentes, vel agnum leua: dextra silicem tenentes, Deos hominesq; contestarentur, ut si illos sciens, ita se Iupiter feriret, quemadmodum ipse agnum percuteret. Vnde etiā Festus Pompeius dixit, si sciens falleret: me Despiter salua vrbe arceque bonis eiiciat, ut ego hunc lapidem. De huiusmodi iurandi modo meminit etiam Didacus Conarruuias in prima relectionis parte, in §. 1. num. 8. in tit. de pact. quærens, quid diuus Augustinus senserit, dū illius iuramenti mentionem fecit, quod super lapidem, & inquit apud Gentiles omnium iuramentorum sanctissimum erat, Iouem lapidem iurare: Inde sumptum ut quidam interpretantur, quod in prisco feriendi fœderis ritu, pariter patratus manu tenens lapidem conceptis verbis iurate, & tunc suam lapide feriret dicens; *Si sefellero, Iouem, ceterosque Deos precor sic me feriant, ut ego hodie porcum hunc, scilicet percutiam*: Aut in populum Romanum ita conceptis verbis; *Si populus Romanus prior defecerit publico consilio, Tu Iuppiter illum ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam*. Statimque pater patratus porcum saxo siliceque percutiebat, quemadmodum author est Titus Liuius *lib. 1. ab vrbe condita decadiæ prima*. Verum idem Liuius *lib. 21.* agnum in hoc iuramento percuti refert, ita de Annibale loquens: Præmiaque militibus promittente, eaque ut rata scirent fore, agnum leua manu, dextera silicem retinens; *Si falleret, Iouem ceterosque precatos Deos, ita se mattarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, & secundum precationem caput pecudis saxo elisit*. Huius præterea iurandi meminere Aulus Gellius *lib. 1. Noctium cap. 21.* Iouem inquit lapidem, quod sanctissimum iusurandum est habitum, paratus sum ego iurare. Et M. Tullius *lib. Epist. 7. epistola 22.* scribens inquit: Quomodo autem tibi placebit, Iouem lapidem iurare, cum scias iratum esse Iouem nemini posse. Item Apuleius in sermone de Deo Socratis. Quid igitur, inquit, iurabo per Iouem lapidem Romano vetustissimo ritu. Alii vero existimarunt huiusmodi iuramenti originem ex eo deduci, quod olim apud Romanos iuraturi per Iouem lapidē tenere silicem solebant, huiusmodi fere verba dicentes: *Si sciens fallo, qui me despicit salua vrbe arceque bonis eiiciat, ut ego hunc lapidem*. Statimque lapidem proiciebat, ut ego supra re-
tuli ex Festo Pompeio, cum quo conuenit Poly-
bius

bis ita scribens: dum inquit, Carthagenenses Deos patrios iurati sunt, deinde Romani per lapidem secundum vetustissimum ritum Martis Quirini- que numinibus aditis iusiurandum præstiterunt. Ritus vero lapidis fuit huiusmodi. Fœcialis sum- pto manibus lapide, postquam de fœdere inter pa- tres conuenerat, hæc verba dixit: si recte & sine dolo malo fœdus hoc atque iusiurandum facio: Dii mihi cuncta præstent fœlicia: sin autem aut ago aut cogito, cæteris omnibus saluis ipse peream uti lapis hic de manibus meis decideret. Nec plura loquutus, lapidem excussit. Hæc refert Polybius. Et huc inquit Couarruias pertinere, locus satis ob- scurus apud Ciceronem *lib. 7. Epistolarum, epist. ad Marium*, dum loquitur; Deliciae vero tuæ noster Ælopus eiusmodi fuit, ut ei desumere per omnes homines liceret, is iurare cum cœpisset, vox eum defecit in illo loco si sciens fallo. Hæc accedit Plu- tarchus in Sylla, ubi lex Cynnæ Consulis meminit. Is, inquit, Capitolium ascendens, lapidemque ma- nu tenens, iuratus est sibi, deinde præsentem multi- tudine imprecatus est, nisi amorem illum Bellum benevolentiamque seruasset, non secus ex vrbe ex- tradi ac lapis e manu; & lapidem abiecit in hu- mum. Hæc Plutarchus. Horum prædictorum me- minit etiam Ioannes Corasius in *l. admonendi, in prin. num. 2. ff. de iureiur.* Frequens præterea fuit Ro- manis per Deos & Deorum numina, perque ter- ram & mare & sydera iurare. Vnde Æneas ad Di- donem apud Virgilium:

*Funeris heu tibi causa fui, per sydera iuro,
Per superos.*

Item & per alterius caput quondam iurauere: Ideo Ascanius apud eundem Virgilium:

*Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat-
Quem morem hodie ad Græcos transmissum esse
Iuuenalis satyra 6. significat, cum ait:*

Non Græcis iurare paratis

Per caput alterius, cum furem nemo timeret.

Diu item apud Romanos seruatum, ut neque viri per Castorem, neque mulieres per Herculem iusiurandum darent: per Pollucem vero utriusque iurare permissum: sæpius tamen masculi per Deos, mulieres per Deas iurare vsurparunt. Non idem Socrates, qui boni existimatus esse Deos suorum negotiorum testes accersere, neminem Deorum citabat, sed ut supra diximus, per canem & an- ferem iurare solebat. Quin etiam vetus Romanis inoleuit mos, ut iuraturi per Iouem modo ad De- orum aras sacrificio perfecto ignem, aram atq; ex- ta tangerent: modo super cæsis hostiis iurarent. Il- lud autem, quod supra de Ioue lapide retulimus, so- lemniissimum, sanctissimumque iusiurandum veterib. fuisse proditum est: illudque intentiori cura seruari oportebat. Quod quidem in fœderibus publicis so- lemnius præstatur, ut Fœcialis sumpto manibus lapidem pactis conuentis stare promitteret, cui iu- ramento nullis opibus, nulloque negotio contra ire fas erat. Huius iuramenti, ut supra diximus, me- minit A. Gellius *lib. 1. cap. 21. noctium Atticar. & huius loci Gellii meminit Calius Rhodiginus lib. 21. c. 15. lect. an- tiq.* inquitque fuisse a doctissimis iuuenibus, dum Patauii ista müssaret: Quid sibi velle lapis Iupi- ter apud Gellium. De omnibus prædictis late tra- dit Rhodiginus in loco paulo ante adducto, qui plura vult, locum illum adeat. Fuit etiam apud

Græcos antiquus mos, ut iurantes mydrum tene- rent: est autem eo nomine ignitum ferrum, fœ- dusque; tamdiu perseuerare comprecabantur, quam- diu latuisset mydrus, quem mox in mare deicie- bant. Meminit de hoc iusiurandi modo Cælius eodem in loco, refert in Antigone Sophocles: sed & Callymachus, *φαναι δὲ μέγεις καὶ μὲν μέγας, εἰς ἀλμύδες*. Quod in Latinum idioma ita vertit: Priuos lapides silices, priuasque verbenas secum Fœciales solitos ferre prodit Romana historia. Fuit etiam frequens apud Romanos iusiurandum per Deos & Deorum numina, præterquam ter- ram, mare & sydera, ut puta per Deum Fidium, qui Sabinorum Deus erat, cuius ædes in Quirinali fuit: Per parentes vero præstari iuramentum, il- losque iuramenti aduocare illiberalis sermo est habitus: Præ cæteris autem ex omni memoria sanctissimum iusiurandum apud Romanos iustum est, ut iurans terram tenens, cælum, Deosque contestans, conceptis verbis se & caput suum ac stirpem & familiam & bona & fortunas quibus- dam additis precationibus deuoueret. Post ali- quot vero tempestates per salutem & genium Principis deierare longe præstantissimum iusiurandum haberi cœptum, cui nulla vi, nulloque imperio contra ire fas erat: Quod Tiberius Cæ- sar de se præstari vetuit. Nam ne in acta sua iu- rarent, neve nomen suum testarentur, aut ge- nium obstinatissime restitit. Quod etiam de Ne- rone proditur, ut cum antea in acta Principum iu- rarent magistratus, collegam suum Antistium in sua acta iurare inhibuit. C. Caligula maximum iuramentum, nec pro concione, nec ad milites, nisi per nomen Drusillæ præstitit, cui plus ni- mio addictus erat: Claudium vero per Augustum. Est quoque omnium sermone celebratum & ma- gnis euentis, periculisque expiatum, quod in ara Palæscorum, lacu seu cratere religioso breui & pro- fundo semperque lurido apud Siculos iuramen- tum præstatur, ad quem multiplici scaurigine ebullientem iurantes sponsione facta religiose ac- cedebant: & qui caste & sine labe criminis iurasset, illæsus & validus abibat: qui vero contra religio- nem iusiurandi fidem abiurans sit criminis, in la- cu demersus læsæ conscientiæ & peierati numinis morte pœnas dabat, in quorum templo fama re- fert Chrates quasdam incerta & cœca origine igneos globos perpetim euocare: & feruente a- qua tetri odoris inde ex tunc: quod Aristoteles de fonte Acadino memoriæ prodidit: qui iuxta Pa- llicos in Sicilia manat, in quo tabellas in scripto iuramento, si recte iuratum foret, supernata- re, neque liquore perfundi asseuerat: si perperam, protinus in profundum rapi, neque apparere vl- tra. Idem inquit in Sardinia, quasdam aquarum sca- turigines facere: nam ubi periurium erat, qui- cunque in eis immersus cœcitate admissum faci- nus luebat: qui vero integer ad iusiurandum acce- debat, incolumi fama clarius cernebat, iuxta Thia- na quoque fons Ioui sacer frigidus ebullire tradi- tur: qui cum cæteris foret innoxius, periuris solum pustulas liuentes & fomicas faciebat calamitosas. Atque in Bythinia iuxta Brieti templum fons ce- remoniis sacer manere feruentis naturæ: ubi peri- iuri veluti vrente flamma necabantur, ita ut ma- gno malo periurium luetetur. Tenet opinio in Achaia

Achaia apud aquam stygem, quæ è petra manabat, præsentissimi veneni ad Honacrim idem iusiurandum præstari sub insigni documento sprætæ religionis: nanq; in fraude perfidia deierantium extremi discriminis erat. sicut subterraneus specus ad Corinthum, qui Palemonis dicitur, à nemine adiri fertur sine periurii pœna memoramili. Fuitque in vsu apud Athenienses, vt iusiurandum, quod publice in fœderibus præstatur, postquam per Senatum exhibitum erat quo sanctius foret: Quæstores apud Argos vero quæstores confirmant, apud Martineam vates & belli duces. In Elyde autem opifices, & legû periti, ne quid repentino motu imperitæ multitudinis mutari, aut secus fieri, diciq; possent. Præ cæteris vero maximum iuramenti vinculum apud Samnites vetusta religione fuisse traditum est, vt ara in medio constituta, ac cæsis victimis, omni aditu perspecto iurans introduceretur, & funerali carmine inter stragem victimarum dira execratione adstringatur: Qui etiam Archadibus mos erat inter cædes victimarum solemnem fidem & iusiurandum dare: Græcis vero libantes diis in ædibus sacris iurare magnum vinculum iuramenti extimatum est. Illud vtiq; profuerit admonuisse, diu seruatum apud Romanos, vt neque viri, vt supra dictum est, per Castorem: neq; mulieres per Herculem iusiurandum darent: per Pollucè vero vtriq; licere, sæpius tamen masculos per Deos mulieres per Deas iurare vsurpauerint. Licet Socrates apud Platonem per Iunonem iurasse dicatur. Quodq; qui Herculem, aut Dionysium, vel Deum Phidium iuraturi sunt, sub diuo iurare cogebantur: sub tecto autem non decebat: Quia cum obuiam eundo periculis, laboribus maximis fuerint exercitati in umbra, aut sub tecto tanquam sub ignavi ocio illos appellare turpe erat. Fuit quoq; literis proditum, & ideo Plutarchus in Problematib. quærit, Quid sit quod pueros si Herculem iurant, id sub tecto facere prohibentur, & sub diu progredi iubent. Quod vt sub diu faciant, ideo exire iubent: An ea causa sit, quam multi afferunt, Herculem non umbra atque ocio, sed labore ac periculis delectatum: non domi, sed foris ac sub diu victum egisse: an illud magis, quod is Deus non indigena, sed extraneus & advena est habitus. Nam nec Dionysium iurant sub tecto externum & ipsum Deum si quidem est Dionysius. An hæc quidem dicantur & ioco apud pueros adhibentur, vt aliquid occultius agatur: nec pueri sic temere assuescant deierare. Itã enim Fauorinus aiebat. Hoc enim quasi de industria moram efficit & deliberandi dat spatium. Phauorinum autem recte putasse, nec in commune, sed proprium huius Dei hoc, quod sic extitisse ex his, quæ de Hercule feruntur facile conici potest: Ferunt enim hunc in primis religiosum fuisse & ad iusiurandum verecundissimum: quippe qui semel in omni vita iurauit, idque sibi Phileo Augei filio: quo circa Pythiam hoc iusiurandi genus Lacedæmoniis proposuisse, satius ac melius illis fore si absque iureiurando affirmassent. Fuit quoque literis proditum Pontifici maximo per Deos iurare licuisse: per liberos vero non licuisse. Solus tamen Flamen Dialis iuramentum præstare perpetua lege verabatur: Ideo si quando in magistratû adsumptus per leges iurare tenebatur, alium qui vicem illius ageret sufficere: & ita in leges iurare cogeba-

tur. Subdit tamen reputatio idem apud Phruges seruari, qui non modo nullo iuramento adigebantur, sed nec alios ad deierandum cogebant. Ferunt autem Gallos & Pœnos nulla religione iusiurandi moueri: quin vbi visum fuerit, deseruiant: Nullo rapinis modo, aut sæuitiæ præfinito, sicut Aphrodisium iuramentum pro vano haberi veteres voluerunt. Namque veteri adagio amantibus verum ludificare permissum est. Fertur vero Dionysii Tyranni verbum sicut pueros talis iuramenti homines frustrari oportere. Illud quoq; adnotandum est, Euripidem & Aristophanem taxasse Spartanos velut infidos, damnososque: quibus nec ara, nec fides, nec iusiurandum foret. Idque vero testimonio probari, quod corrupto muneribus Rege, Aristocrates bello contra Messenios læsa fide iusiurandi primi Martiam virtutem venalem facere: Quod de Thesalis quoque Poetæ tradunt: quibus ex fortuna pendet fides, cum bello Peloponessiaci fœdera & Deos obliti in ipsa acie ab Atheniensibus ad Lacedæmonios mutatis ordinibus transfugerint. Quare Thesala fides, velut vana & fluxa, in prouerbiu venit. Partis quoque fides nulla, nisi quantum expedit: quibus vtilitas semper est fide sanctior. Idem Afris, Siritisque: soli tamen Arabes, Persæque fidem seruare didicere. Id, quod possent & hodie multis attestari, nisi veritas odium pareret. Prædicti enim tanti fidem fecere, vt humanam societatem cum fide tolli crederent, contraque vtilitatem fides illis semper antiquior fuit. Vno tamen exemplo proditur Amasis Persarum Rex labefactasse fidem, qui cum Barceis super occultam fossam fœdus feriret, id ratum fore iurauit, quo ad humus illa firma solidaque maneret: mox relecta fouea fœdus soluit, & iusiurandum rupit. Præ cæteris traditur Zenochrati tanta fides habita, vt cum nullius iuramenti testimonium admitteretur, soli Athenienses sine iuramenti religione assensere, eumque iniuratum quod inieterata fidei esset, fidem atque officium admisere, Cælius præterea Rodiginus libro vigesimo septimo, cap. 28. lectionum antiquarum, idem refert, quod apud Ananimum iusiurandi formam per Camben concipi, sicut apud Telecridem quoque: nec non Epicatum, vt in Baptis Eupolim taceat. Mos vero ita iurandi fuisse Ionicus præcipue videtur. Nec mirum, quando & stoicæ sectæ conditor Zeno etiam per Cappariim sibi iurate permisit.

Diximus etiam supra, Plutarchum libro primo, de placitis Philosophorum, retulisse Pithagoreos, quasi sanctissimum quaternarium iusiurandum esse extimasse, & ita dicere consueuisse: Iuro per omnipotentem animæ, qui tetrada nostræ perpetuos fontes naturæ infundit habentem, propterea quod nostra anima ex tetrade constet, cum sit in mente, scientia, opinione & sensu. Describit etiam Polibius iusiurandi aliam formam, libro tertio Historiarum, quod ædiles in tabulis æneis scriptum posuerunt in templo Iouis Capitolini hoc modo. si recte sine dolo malo hoc fœdus atque hoc iusiurandum facio, Dii mihi scelicia præstent: sin aliter, aut ego, aut cogito, cæteris omnibus saluis in propriis patriis legibus, in propriis laribus, in propriis templis in propriis sepulchris solus ego peream: vt hic lapis manibus meis decideret, è manu lapidem deiciendo. Præterea Xenophon in æconomico

Cirum ita iurare solitum fuisse, per mitram, quod ipsi Persę habebant omnium Deorum maximum Dii autem, vt dixerunt antiqui, per Stygiam paludem iurabant. Vnde Virgilius.

Stygiamq; Paludem
Et Ouidius:

Dij eius iurare timent, & psallere numen.
Per flumina iuro
Infera sub terras stygiõ labentia luco.

Dii autem deierantibus pœna statuta erat, vt si quis suum numen fefellisset, anno vno & nouem diebus ab ambrosia & nectare prohibebatur. Vnde Æneas Didoni apud Virgilium.

Per sydera iuro
Per sapereos, & si qua fides tellure sub ima est.

Iurabant, vt dixi supra, plures per Imperatores, & ideo Hermogenianus Iureconsultus per Numam Pompiliam, si quid serio diceret, iurare consuevit, & Alex. Magnus, teste Macrobio per Hephæstionem, & C. Caligula per Drusillam sororem: Demosthenes per eos, qui in Maratone pro patria occubuerant. Vnde Martialis.

Nullus denique per Deos Deasq;
Iurat Gallia, sed per vniones.

Veteres etiam per caput eius, quem charissimum habebant: deierabant. l. 3. §. fin. & l. sequenti, ff. de iurciuran.

Vnde, vt inquit Dion lib. 58. à Caio Imperatore inductum fuit, vt mulieres, cum testamentum facerent, per Drusillam iurarent, & in eodem libr. 58. subdit à Claudio Nerone pariter vt mulieres per nomen Lucinę iurarent, inductum esse, & ideo iuraturandi monumentum Romę in templo Iouis Pistii, quem Romani sanctum vocabant, positum fuit, apud quem Tarquinius Rex Romanorum post deuictos Gabios iuramentum præstitit, vt *author est Dionysius Alicarnassens, lib. 4.*

Descendendo modo ad Hebręos Abimelech, prout ineundo fœdus septē constituit agnos, *Genesis 22.* & de iuramento Dei *Genesis 22. ibi, propterea & ipsum iurauit Dominus.* & *Psalmo 109.* Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. *de quo etiã in c. & si Christus, extra de iurciur. & Hieremias 44.* Ecce ego iuravi in nomine meo magno, dixit Dominus, & *Amos 4.* Iurauit Dominus Deus in sancto suo, & *Lucę 1.* iurandum, quod habuit ad Abrabam. & *Apocalip. 64. 10.* Angelus bonus iurauit per viuentem in sæcula. & de alia forma iuramenti in veteri testamento, *Regum lib. quarto.* Viuit Dominus & viuit anima meã. & *cap. & iurabunt, 22. quest. 1.* & in primitiua ecclesia iurabant, testis est mihi Deus. iurare quoniam in multis casibus requiritur, merito de eorũ formulis videamus.

De forma autem iuramenti regii est *tex. in c. tibi Dominus. 63. distinctio.* Item de iurciurando in in coronatione præstando, habetur *in clemen. prima, de iurciuran.* Iurate præterea tenentur Vasalli fidelitatem dominis suis: Item & clerici qui ab heresi ad fidem cathol. & S. eccles. reuertuntur & clerici se ab heresi purgantes: Itē testes & iudices nouum magistratum assumptes: Item tutores, dum munus tutelę suscipiunt, pariter etiam & nuncii publici,

& est text. in cap. dilecti, vbi Abbas & Fely.
extra de maior. & obediens.

CAP. VI.

ARGUMENTVM.

Iuramenti obtestatio an recte fieri possit per creaturas.

SUMMARI.

1. Iurare per creaturas. an hodie liceat.
2. Principum titularum abusus.
3. Honorem magis hominibus, quam Deo reddentes, pœna digni sunt.

Vidimus ex prædictis olim per creaturas iurare licuisse: ¶ an hodie idem liceat, inspicendum est. Hac de re loquens Corne. in l. ait prætor. §. iurari, num. 2. ff. de iurciur. id non licet existimat, nisi iurās in ipso iuramento mentem suam & intentionem in Deum dirigat, intentamque habeat, à quo omnis salus, quies & consolatio pendet, vt habetur in cap. mouet. 22. questio. 1. Quod autem hodie per creaturas iurare prohibitum sit, notat Imola in d. s. & si Christus, num. 6. extra de iurciur. Ratio autem, vt ipse ait, ea est. ne honor debitus Creatori, creaturæ tribuatur. Vnde est, vt dignitates ad laudem Dei & Sanctorum eius, creaturis tribui non debeant, Et ideo ex eo cap. & si Christus. contra eos infert Hostiensis, qui humano appetitu seu adulatione adducti & fortasse cupiditate allecti plus honoris & dignitatis seu venerationis hominibus quam Deo tribuunt. Plerique enim, si iuxta altare vel Deorum imagines transeunt, nullam vel se inclinando, vel caput detegendo reuerentię signum præbent, vel ostendunt: si vero alicui, quem vel superiorem ac digniorem existiment, vel ab eo commodum aliquod temporale aliquando consequi posse arbitrentur, statim & eo etiam non respiciēte, obuiam fiant, se inclinando, & caput detegendo, non solum honorem ei maximũ & multo plus quam conueniat exhibent: quod quidem turpe valde est, sed etiã genua flectendo & demisso capite, & caput nudando tanquam Deum quendam: seu potius, quod est magis turpe, vt idolũ venerentur. ¶ Abusum hunc & hominum iamdiu apud omnes pene gentes inueteratam adulationem & ambitionem ex eo damnari videtur, quod habetur Apocalipsis 19. vbi Angel. dixit Beato Ioanni volenti ad eius pedes cadere, Caue ne feceris, conseruus tuus sum. Vnde illud colligitur, quod licet iure quidem optimo reuerentia ab inferioribus superioribus præstanda & adhibenda sit, ab ea tamen quæ Deo debetur, & sanctis suis, valde differre debeat: & id non solum respectu eius, quæ priuatis ultra illud, quod conuenit exhibetur, dicendum est, sed etiam illius, quæ Principibus temporaliibus præstari solet, cum & eã quoque ab ea, quæ Deo debetur, maxime differre debeat, & præsertim cum in diuinis officiis & in ecclesiis, vbi Deus optimus maximus venerari solet, exhibetur. Deus enim etiã vbiq; sit: in ecclesiis tamen, vbi diuina officia celebrantur, maxime adesse dicendum est: & ideo nullam partem eius venerationis, quæ ei debetur, nisi cũ maximo eius contemptu attribui posse. Cõprobat huc ex iis, quæ habentur in cap. quod super, & in c. is, qui. extra de maior. & obediens. Quandoquidem licet ipsos superiores

ne contemni videantur, huiusmodi reuerentiam recipere possunt: eam tamen uti à Deo prouenientem recipere debent, iuxta illud Imperatoris Federici verbum, qui genua flectendo dixit summo Pontifici, *non tibi sed Petro*: & si illud potius ab iracundia prouenerit, & sine ratione dictum fuerit, cum summus Pontifex omnium Principum, uti à summo Deo deputatus ad regendam Ecclesiam, caput sit.

Comprobatur hoc ex eo, quod habetur in dicto cap. is, qui. Non minus detestandus est titulorum & inscriptionum abusus, qui hodie Principibus tribuuntur, & olim Deo à sanctissimis patribus tribuebantur, ut est *maiestatis, celsitudinis*, & alii hoc genus, ut puta *Sacra maiestatis*: † hi enim cum summo Deo & conueniant & tributi sint, hominibus tribui non debent, nec sine contemptu potest, cum ea in re Deo æquiparari videantur, & præsertim cum apud Gentiles, qui veræ fidei & veri Dei notitiam non habebant, & suis Imperatoribus diuorum titulum solummodo Seuero & Antonino tribuerint.

CAP. VII.

Argumentum est in Summario

SUMMARIUM.

- 1 *Iuramentum si quis per caput suum præstet, vel presbyter per coronam suam, an valeat.*

Quæsiuit Bal. in *auth. sacramenta, num. 6. C. si aduers. venditio*. † an si quispiam iuret per caput suum, vel clericus per suam coronam, iuramentum valeat: Et valere arbitratur per *tex. in l. 3. ff. de iureiur.* Subdit tamen Bal. *eo in loco*, tale iuramentum vim conuentionis & pacti habere: & ideo tale præstari posse, quale contrahentibus placeat. At in *d. auth. considerari iuramentum*, in quo periurium cadere potest, cuius timore contractus initus obseruetur: & sic de eo loqui, quod Deum & religionem respicit, in quo casu ut quis iuret per caput suum, satis non esse, ut dixit Iacob. Butr. Et ideo subdit Bal. *eodem in loco*, id fortasse in clerico sacros ordines habente locum habere, cum sacri ordines in capite maxime constituentur: & ideo perinde esse ac si super altare iuraretur, vel alio loco sacro, ut habetur in *l. eleganter in fine. C. de reb. cred.* Idem præterea de iuramento per creaturam tradit Ias. in *l. ait Prator. §. iurari. num. 1. ff. de iureiuran.* asserens pariter & illud valere, si quispiam iuret per caput suum, vel proprium. Et licet, ut inquit Hostiens. in *summa, in eod. tit. §. qualiter, in princ.* huiusmodi iuramentum iure recusari & reiici possit: si tamen ita iuret, seruandum esse, prout etiam tenet Bart. in *l. qui per salutem ff. eod. tit. de iureiuran.* Qui limitat & intelligit *tex. in d. §. iurari. prout limitat. Bal. ut supra in d. auth. sacramenta puberum.* ut procedat in eo iuramento, quod à patre parti defertur: tunc nanque satis est, delati iuramenti formam adimplere, ut in *eo text. habetur.* At secus est in iuramento minoris, quod ad contractus validitatem & confirmationem interponitur, ut ibi, nec non etiam in iuramento mulieris, ut dicitur in *c. cum contingat. extra de iureiuran.* In utroque enim casu per creaturam iurare satis non est, sed per Deum iurandum est: vel tangendo Euangelia, ut inquit ibi Bald. asserens clericum, qui habet sa-

eros ordines, per suam clericam iuret, satis esse: Quod sane videtur comprobari ex iis, quæ tradit Ias. in *d. auth. sacramenta puberum, q. 5. & in d. §. iurari.*

CAP. VIII.

Argumentum est in Summariis.

SUMMARIUM.

- 1 *Iuramentum per Deum regulariter interponendum est.*
2 *Iurare, quomodo antiquitus solerent patres nostri.*

Illud tamen antiquitus apud patres nostros obseruatum fuit, † ut per Deum iuraretur, ut ex infra dicendis apparebit. Patres igitur nostri antiqui iurare ita consueuerunt: † Geneseos enim 22. dixit Abimelech Habram, Deus tecum est in vniuersis, quæ tu agis, iuro, crede mihi: dixit Habramus, ego iurabo: Nam iuramentum sine scriptura sufficiebat. & Genes. 31. Iacob. & Laban iniuerunt fœdus, & iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac, Exod. 2. Moses iurauit quod habitaret cum Iethro, & acciperet Sephoram filiam in vxorem, & iurauerunt ambo. Primi Reg. 15. Audiens Dauid duritiam Nabal ait, Hoc faciat Dominus inimicis & addat, fireliquero de omnibus, quæ ad eum pertinent. & 2. Reg. 9. Lacrimanti Dauid Absalonis mortem dixit Ioab surge & procede: Iuro enim per Dominum, quod si non exieris, ne vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac. Tertio Reg. 1. Dauid iurauit Bethsabeæ matri Salomonis, & promisit quod Salomō post eum regnaret. Tertio Reg. 17. Rex Salomon audita petitione matris pro Adonio fratre iurauit per Dominum, hoc faciat mihi Deus & hoc addat. Tertio Reg. 17. Dixit Elias Thesbites Achab ad Regem Israel. Viuit Dominus meus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit his annis ros, neq; pluuia nisi iuxta oris mei verba. 3. Reg. 19. Benhadad Rex Siritæ indignatus ad responsonem Achab ait, hoc faciant mihi dii, & hæc addant, si suffecerit puluis Samarię pugilli omnis populi, qui sequitur me. Quarto Regum 2. Dixit Elias Eliseo, sede hic, quia Dominus misit me vsq; Bethel, cui respondit Eliseus, viuit Dominus, & viuit anima tua: quia non derelinquam te. Matthei Herodes Tetrarcha iurauit Herodiadis filię saltanti: Quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidium Regni. Secundo ad Colof. & ad Gal. 1. Paulus aliquoties iurasse legitur in epistolis. Sic n ait: Deus & Pater Domini nostri scit, quia non mētor testis est mihi Deus, cui seruo. In lege autem veteri Patres iurabant simplici sermone dicentes, Viuit Dominus, viuit anima mea: hoc addat mihi Dominus. & est *tex. in c. iurabant. 22. q. 1.* In primitiua autē ecclesia ita iurabant Christiani: Testis est mihi Deus: Deum inuoco in testem: Veritatem dico in Christo: Testis est in conscientia: sic Deus me adiuuet: per Euangelium Christi iuro, ut scriptum reperitur in *c. si periculum. 22. q. 1. & in c. de parentela. 35. q. 6. & in c. si aliqua. 22. q. 1.* Iurare igitur per creaturas, ut supra diximus, non licet, ut habetur in *cap. si quis per capillos, 22. q. 1.* Hinc enim duo inferuntur. Primum, iuramentum antiquissimum fuisse, de quo supra diximus: Secundum, quod illud verbis simplicibus concipiebant de quo tamen infra latius suo loco dicitur.

Argumentum est in Summario.

SYMMARIA.

1. Iuramentum per principem aliquando idem efficit, ac si per Deum iuret.

2. Pœna iurantis per principem, vel per Deum.

ET si ex prædictis iurare per creaturas prohibendum esse videatur, illud tamen animaduertendum est, et iuramentum per Principem præstitum, iuramento per Deum comparari. *vt est textus in l. si quis maior annis, & ibi Bartol. Paul. & communiter Doct. Cod. de transactio. & in l. si duo. §. fin. & ibi gloss. & Bart. & tradit Afflict. in §. item sacramenta. num. 28. in tit. de pace iuram. firmam. in vsib. feudo. per text. in d. l. si quis maior. C. de transactio.* Nam in foris his læcularibus & humana negocia respicientibus satis comparari videntur, licet aliter in foro conscientie dicendum videatur: Quamquam in veteri lege Iudæi variis iuramentis uterentur, huic per principem iureiurando non admodum dissimilia, prout supra paulo ante retulimus: Hoc idem voluit Iac. Butrig. in l. si quis maior. C. de transact. & Nicolaus Moronus in tract. de fide. treug. & pace. in 1. par. q. 8. nu. 7. & 10a. Neuz. in cons. 68. nu. 49. post las. in d. l. si quis maior. Et ideo Iac. Butrig. in d. l. si quis maior. eum qui per principem iurat, eadem pœna puniendum esse. Et rursus Butrigarius in l. iurifurandi in prin. C. de iureiura. dixit, eum qui iurat per principem, non secus puniendum esse, ac si per Deum iurasset: pœna tamen diuersa est: quandoquidem iurans per principem, ex quo eum Deus non puniret, Princeps punit huc in modum: aut enim calore iurauit, & non punitur *vt habetur in d. l. iurifurandi. C. de iureiur.* aut non calore, & punitur, non quidem crimine læsæ maiestatis, sed verberatur. *l. si duo. §. si. ff. de iureiur.* Præterea de pœna iurantis per principem, tradit Alex. in d. si duo. §. si quis iurauerit, il. 2. ff. de iureiur. aut iurauit per Deum: & tunc, aut quærimus, an puniatur, quia religionem deseruit: & tunc aut fidem fregit, eam violando, & punitur, *vt habetur in l. 1. C. de fid. cathol.* aut eam fregit peierando: & tunc periurium cadit in delicti speciale nomen, & punitur, *vt habetur in l. 1. ff. ad l. Cornel. de fals.* aut non cadit in delicti speciale nomen, & iterum distinguit, quod aut quis iurat sibi, vt sunt illi qui aliquid dicendo iureiurando confirmant, & tunc satis est, quod Deum ultorem habeat, & ita intelligatur ille tex. aut vero iurant alii, vt puta in alterius fauorem: & tunc aut super contractu conferuando, & ex consequenti super futuro, & tunc punitur, *vt dicta l. si quis maior. Cod. de transact.* aut iurat super lite decidenda, & sic de præterito: & tunc aut quærimus, an puniatur delertæ religionis causa à Deo, & non puniri existimauit. *& hæc est vera species. d. l. iurifurandi.* Aut quærimus an puniatur, quia deierando dolum commisit in aduersarium, & tunc puniatur, *vt habetur in l. de periurio. ff. de crimine stellio. & de hoc est additio ad Butrigarium in d. l. iurifurandi.* Albericus vero de Rosate in d. l. si duo patroni, num. 12. versic. si quis iurauerit. ff. de iureiur. inquit, eum qui per principem iurat & deierat puniri iure fori: si vero per Deum, iure poli. Dicit autem tunc per principem iurari, si per eius celsitudinem & maiestatem, vt dixit Odofredus. Et i-

dem Albericus *ibidem* quærens, an & quomodo periurus puniatur, vt inquit Cynus in dicta. l. 2. vbi etiam alii tradunt, C. de iureiur. varias distinctiones posuisse, quas in vna ita colligit Alberic. Aut enim inquit ipse, quis per Deum iurat, aut per principem, si enim quis per Deum iurat, solum Deum ultorem habet *vt habetur in d. l. 2. C. de iureiur.* aut vero per Principem, & punitur pœna temporali, *vt ibi.* Verum quod puniatur pœna temporali, siue quis iuret per Deum, siue per Principem, videtur probari per tex. in d. l. si quis maior. Cod. de transact. & in l. quoties, in tit. de dignita. in vsib. feudo. de pœn. iura. firm. & in §. si quis, in Authen. vt litigan. iur. & in l. de periurio. ff. de crim. stellio. & in c. querelam. extra de iureiur. & c. fin. eod. tit. lib. 6. Et ideo dixit Alber. *ibidem*, aut iuramentum solius iurantis effectu præstat, & sine alterius præiudicio, vt quia qui iurat carnes non comedere, vel ieiunare aliquibus, vel quid simile, & tunc Deum solum ultorem habet, *vt habetur in d. l. 1. C. de iureiuran. & in l. alienam. ff. ad legem Iuliam maiestat.* In hoc tamen ea distinctio haberi debet, quod aliquando iuratur per Principem, aliquando per sacra prohibita, aliquando per sacra non prohibita. Primo autem casu, quando iuratur per Principem & tunc aut calore iracundiæ, vel alterius cuiusque animi motus iuratur, & tunc iurans puniendus non est, *vt habetur in d. l. 2. & in l. alienam.* si vero non calore iracundiæ iuret: & tunc licet iurans pro crimine læsæ maiestatis non puniatur, *vt habetur in d. l. alienam.* punitur tamen extra ordinem fustibus, *vt habetur in d. l. duo patroni, §. si quis iurauerit.* Secundo vero casu, quando scilicet per sacra prohibita iuratur, vt puta per humani atem Dei, videlicet per capillos vel caput Dei: & tunc punitur pœna capitis, *vt in authen. vt non luxurietur contra naturam, in rubr. & tex. colum. 6.* Tertio casu, quando iuratur per sacra non prohibita, vt puta per Deitatem, vel ad sancta Dei Euangelia: & tunc si ex tali iureiurando nulli præiudicium inferitur, sed iuranti tantum, vt puta quia (vt supra diximus) iurauerit quis carnes non comedere, & tunc punitur eo modo, quo diximus. Ratio autem differentie, quare magis ille qui per Principem iurat puniatur, quam ille qui iurat per Deum, ea est, *vt dicunt doct.* quia mitius agitur cum eo, quam cum Principe, *argum. l. Celsus. ff. de arbit.* Ego vero eam rationem afferrem, quod cum Deus plerunque post mortem pœnam imponat, quod Principibus nostris non conceditur, merito viuos puniant: quandoquidem pœnæ executio, vt fieri possit, vt sententia declaratoria præcedat necesse est, *vt inquit Felyn. in c. 1. colum. 11. nume. 25. extra de constitut. & in c. Rodolphus, vers. sed declaratoria, in prin. & colum. 2. in fine, versic. conclusionem, extra de rescript. & tradit Ioan. Andr. in cap. 1. colum. 4. num. 9. de homic. lib. 6.* dum inquit, vt eius verbis utar, ita intelligi & declarari omnia iura mundi, tam canonica, quam ciuilia, quæ volunt aliquem ipso iure aliqua pœna puniendum esse, vt scilicet prius ante executionem quem in pœnam incurrisse declararetur, vt declarat Tiraq. in l. si vnquam, vers. reuertatur, num. 400. C. de reuocan. donat. Aym. Crauer. in cons. 212. col. 1. & Dec. in cons. 144. num. 5. & in cons. 149. num. 4. & in cons. 327. col. 4. & in auth. cassa. num. 14. C. de sacros. eccl. & Calcaneus in cons. 52. & in cons. 78. & Rimin. in cons. 250. nu. 17. & in cons. 258. nu. 8. & 9. vol. 2. & Claud. & Cognolus in l. si quis maior, n. 124. & 125. post

post Alex. & Ias. num. 25. C. de transact. & Cagno. in l. i. nu. 99. ff. si quis ius dic. non obtemp. & Capicinus in decis. 112. in prim. & latissime Thom. Gram. in decis. 15. num. 7. Sed sic est, quod morte secuta ante condemnationem extinguitur omne crimen, non solum quo ad personam, sed etiam quo ad publicationem bonorum, ut est tex. in l. de quare. §. cum absentem, vbi Bar. & Ang. ff. de iudic. & tradit Paris. in cons. 55. num. 8. vol. 4. cum multis concordantibus. Ergo mirum non est, si iurantes per Principem & in periurium incidunt ab ipso Principe viuentes adhuc puniuntur. Redeundo modo ad rem nostram, si ex huiusmodi iureiurando alteri damnum & præiudicium inferatur: & tunc ita distinguit, aut iuratur super euictione fraudis & doli: & tunc periurus crimine stellationatus punitur, ut habetur in l. de periurio. ff. de crim. stello. Aut vero super pace tenenda, vel licita promissione seruanda, & tunc punitur, ut habetur in tit. de vsib. feudo. & in tit. de pace tenen. & eius viola. & pace iuram. firm. & in l. si quis maior. C. de transac. Aut super hæresi, seu fide catholica: & tunc seruatur illud, quod habetur in c. accusatus, de heret. lib. 6. c. ubi notatis. Aut iuratur super lites decid. & tunc periurus punitur ut habetur in l. non erit, §. dato. ff. de iureiu. nisi in casib. quibusdam specialibus, ut puta in casu d. Iurifurandi. §. si quis iurauerit, & in l. fin. C. de iureiu. Ratio autem est, ut lites finiantur, ut habetur in l. 1. & in l. fratris. C. de transact. Aut iuratur super illicita conuentione: & tunc si conueniatur ille qui contrauenit, non punitur, prout habetur in auth. scenicas non solum, col. 5. & in auth. quod eis. C. de nupt. Cuius decisionis ratio est: quod huiusmodi iusurandum remittitur à lege, l. si de pactis. ff. qui satisf. cog. & in l. iusurandum. §. generaliter, eod. tit. & l. non dubium. C. de legib. & cap. non est obligatorium. de regul. iur. in 6. cum ibi notatis à Dyno & aliis, & l. adigere. §. fin. ff. à iure patro. Si vero iuramentum apponitur super conuentione licita, seu contractu, & tunc inquit nonnullos ita distinguere. Aut enim contractus fit ad obligandum, & tunc licet sacramentum roborat contractum, contraueniens tamen non punitur, cum hoc iure cautum non reperiatur, & acquiescere debeamus pœnis à lege comprehensis. l. si diuortio. ff. de verbo. oblig. Pœnæ nanque restringendæ sunt. l. interpretatione. ff. de pœnis. Et hanc inquit eo in loco Alberic. fuisse opinionem Iacobi de Rauē. dum vult, ut tex. in d. l. si quis maior. C. de transact. in obligatione loquatur, non autem in liberatione. Et ideo, quia fauorabilior est liberatio, quam obligatio. l. Arriannus. ff. de actio. & obligat. hanc opinionem amplecti oportere. Magis præterea communem opinionem esse inquit eodem in loco Alberic. ut si quispiam deieret super contractu, vel conuentione licita puniatur, an ex sacramento vestiatur contractus, vel pactum, & vestiari arbitratur, propterea quod si sacramentum via indirecta obligationem inducit, ut in §. proximo. d. l. vbi directe obligationem inducit, ut habetur in l. iurifurantium. §. quinimo, & §. viso, ver. nudis, & versic. item est alius. ff. de pact. & late habetur in l. iusurandum. quod ex conuentione. in princ. ff. de iureiuran. pariter ut in casu nostro pœnam non inducat, dicendum est. Aut iuratur super testimonio depositionis, & tunc punitur. l. presbyteri. C. de episco. & cleri. & l. nullum. ff. de testib. & l. eos. ff. de fal. & l. qui falsa. eodem tit. de testibus. Aut vero iusurandum interponitur super termini purgatione, & tunc periurus punitur. §. si

quis autem, colum. 9. in Auth. ut litiga. iur. Si vero super aliis casibus, vel causis iusurandum interponatur, & iurans periurus sit, & tunc si à lege reperiatur, ut in eo casu pœna speciali puniendus est, & illi statueretur: si vero crimen stellationatus sit, & tunc extra ordinem punitur. d. l. periurio. ff. de crim. stello. At Iaco. de Rauē. in hoc casu, ut non puniatur existimauit ea potissimum ratione, quod ut ipse puniatur, & qua pœna iure cautum de huiusmodi periurii pœna non reperiatur. De his etiam tradidit Alberic. in l. Lucius. ff. de his, qui notant infam. Vbi etiam quaeritur, an periurus sit infamis. Præterea quatenus supra de iureiurando per principem præstito dicebamus, & quod per principem antiquitus iuraretur, tradit ultra prædictos Cornel. Tacitus lib. 13. dum ait, Claudio Nerone, & L. Aristio Conf. cum in acta Principis iurarent, magistratus in sua acta & collegam Antistium iurare prohibuit magnis laudibus, & iuuenilis animus leuium quoque rerum sublatus maiores continuaret. & Plutarchus in vita Galbæ inquit: cum huiusmodi sermones aperte iam in castris circumferrentur, noua Luna primi mensis, quas calendas Ianuarias vocant, iam imminebat. Tum cogente eos Flacco ad iusurandum, quod per Imperatorem iurare mos erat: ii quidem cadentes Galbæ imagines euertunt, demoliebanturque: sed cum iurassent iusurandum per senatum, populamque Romanam soluti sunt. & C. Suetonius Tranquillus in vita C. Iulii Cæsaris inquit. Plebs statim à funere ad domum Bruti, & Cassii cum facibus tendit atque ægre repulsa obuium sibi Helium Cinnam per errorem nominis, quasi Cornelius esset, is quem grauius pridie concinnatum de Cæsare requirebat occidit. caputque eius præfixum hastæ circumtulit. Postea solidam columnam prope viginti pedum lapidis Numidici in foro statuit, scripsitque parenti patriæ, apud eam longo tempore sacrificare, vota suscipere, contouersias quasdam interposito Cæsaris iureiurando distrahere perseverauit. Præterea idem Suetonius Tranquillus in vita Claudii Cæsaris inquit: Conuersus hinc ad officia pietatis iusurandum neque sanctius sibi, neque crebrius instituit, quam per Augustum, & Cælius Rodiginus libr. 4. c. 2. lectionum antiquarum, inquit. Dignum scitu ex historia militari more in nomen Imperatoris iurantes milites conceptis verbis gladios admouere cervicibus solitos diris sese execrationibus deuouentes.

CAP. X.

Argumentum est in Summaria

SUMMARIUM.

Iuramentum per falsos deos præstitum, an sit seruandum.

Conuenit præterea hoc loco illa dubitatio, an iusurandum per falsos Deos præstitum seruandum sit, & rationem habeat veri iuramenti quo ad periurium aliosue iuris effectus? Qua in re quod Christianus per falsos deos iurans, & si grauius peccet, iuramentum illud seruare teneatur, notant Innocent. Panor. col. fi. & alij, in d. c. & si

Christus, & Alexan. in l. 3. §. fin. ff. de iureiur. & Ioann. de Selua in tracta. de iureiur. quest. 1. in fi. Pro quorum sententia induci solet ex Diuo Augustino sermon. 28. de verbis apostoli. & ex tex. in c. ecce dico. 22. q. 5. in hac verba. Ecce dico charitati vestrae, & qui super lapidem falsum iuratus periurus est. Multi enim, vt inquit Didacus Couarruii. in §. 1. prima par. relectionis de pact. nu. 7. in hoc falluntur putantes ob id quod nihil sit illud, super quo iurant, periurii crimine non teneri, sed quicquid alii existimauerint, periurium incurri, ipse omnino arbitratur, propterea quod per id, quod sanctum quis non putat, falsum iurat, & si illud sanctum non putat, sanctum putare debet illud cui iurat: Nam quando quis iurat non sibi, aut lapidi iurat, sed proximo suo, & sic homini ante lapidem. Nec dici potest, quin ante Deum iuret audientem, Eum igitur loquentem non audit lapis, sed fallentem punit Deus, vt dixit Gratianus ex Dino Augustino.

CAP. XI.

ARGUMENTVM.

Iuramentum an sine verbis fieri possit.

SYMMARIA.

1. Iuramentum, an verba requirat.
2. Mutus testimonium dicere potest, si scit scribere.
3. Verba in matrimonii contractu necessaria non sunt.
4. Iuramentum coram eo praestatur, qui solius est mentis inspector.
5. Verba iuramento ad certiore probacionem requiruntur, vel ad ostendendam mentis significacionem non ad ipsius substantiam.
6. Statuta seruare promittens etiam futura seruare promississe intelligitur.
7. Iuramentum semel super re quadam praestitum, non potest simpliciter consensu iurantis ad alium casum extendi, quo ad vim iuramenti, nisi expresse iterum fiat.

Dubitatum praeterea est, si an iusiurandum verba requirat ita, vt si fiat sine verbis, pariter per iurium pariat. Hac de re loquens Didacus Couarruius in tract. de pact. §. 1. relectionum. num. 4. inquit, nonnullos iuramentum sine verbis fieri non posse existimasse. Et in primis per tex. in cap. & si Christus extra de iureiurand. inquit, iuramentum esse sermonem, ac etiam per tex. in nouella Iustiniani de mandat. Principum. §. sed neq. dum prohibet praesidiibus, ne verbum, hoc est, iusiurandum temere cuiquam indulgeat. Hanc autem conclusio, vt ipse ait, confirmatur per tex. in cap. pen. extra de iureiur. Vbi ex solo consensu iuramentum iam semel praestitum extendi non posse, nec debere determinatur: & ideo consequitur ex consequenti, vt verba ad inducendum iusiurandum necessaria sint, id quod non minus deduci arbitratur ex sententia Caii Iureconfulti, qui libro secundo institutionum inquit, ex iusiurando, quod libertus suo patrono praestat, obligationem, quae verbis contrahitur oriri, & si ea non tam verborum solennitate, quam religione confirmetur: & ideo inde sumpto argumento arbitratur, verba ad expressum iurandum necessaria

esse, vt asserunt Bart. in l. & per iusiurandum. ff. de acceptilatio. & rursus in l. qui iurasse. ff. de iureiurand. & Alberic. Fulgo. & Roman. in l. prima. in princi. ff. de verbor. obligat. Hanc autem opinionem nonnulli in iis veram esse censent, qui loqui possunt: In illis autem, qui loqui non possunt, verba ad iusiurandi vinculum necessaria non esse, sed si signa interueniant satis esse, voluerunt Paul. Castren. Arer. & Alexan. in d. l. 1. & eorum opinio frequentioribus calculis recepta est apud iuris Caesarii saltem professores, vt attestatur Ioan. Crot. ibi. col. 4. & Alciatus libro 1. Parergon. cap. 2. quam & ipse Alciat. confirmare videtur iterum in rub. de iureiurando. nu. 11. asserens eam in praxi receptam esse. Praeterea eandem opinionem sequitur Ioan. de Selua. in tract. de iuramen. part. 1. q. 2. & And. Tiraq. in tract. de legibus connubial. in gl. 5. num. 18. Quibus astipulatur gl. in cap. testes. 3. q. 9. quae asserit mutum si dicere posse, dummodo scribere sciat, id quod communiter ab omnibus receptum est, vt inquit Praepositus in cap. cum autem. extra de sponsalib. Et tamen iusiurandum ad testimonium dicendum, necessarium est, quemadmodum etiam & ad matrimonium contrahendum verba in iis, qui loqui possunt, necessaria esse quibusdam videtur, quorum sententiam glos. & Henric. referunt in cap. tua de sponsalib. Huic tamen obiectioni ex eo respondetur, quod in contractu si matrimonii verba necessaria non sint inter eos, qui loqui non possunt, vt Doct. in d. c. tua. respondent, & Didacus Couarruius probauit in epitome de sponsalibus. in secunda parte. c. 4. num. 21. Quamobrem & ideo in hac de iureiurando controuersia multo fortasse probabilius etiam inter illos, qui loqui possunt, verba non esse necessaria dicendum videtur, cum iusiurandum ei praestetur, si qui solius mentis inspector est. cap. si quid inuenisti. 14. quest. 5. & ca. erubescant. 32. distinctio. & hanc opinionem sequuti sunt gl. in c. in summa. 22. q. 1. & Panorm. in rub. extra de iureiurand. & lacob. Butriga. & Cyn. in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. & eam quoque asserentes magis communem esse sequuntur Lancello. Galia. in d. l. 1. colu. fin. in princ. ff. de verbor. obligat. & Anto. Corset. in rub. de iureiurand. quest. 6. Huc pertinet illud, quod de Alexide tradit Ioan. Stobaeus, sermone 25. dum inquit, firmum esse iusiurandum, si tantummodo annuatur. Si enim alicubi verba ad iusiurandum necessaria esse probaretur: si id ad certiore ipsius probacionem intelligendum esse, vel ad manifestam animi, & mentis expressionem: non autem, quo ad substantiam iuramenti, & illud in esse deducendum necessaria sint, & praecise requirantur, nam id iure nullo modo defendi potest. Nec obstat tex. in d. §. sed neque. propterea quod communis illius constitutionis interpretatio perabsurda est, cum ibi de iuramento non tractetur, sed de fide publica, aut priuilegio, seu diplomate securitatis, quod vulgus appellat saluum conductum, inquit enim eo in loco Iustinianus. Sed neque cuique concedant τὴν καλυμμένην λόγους. Id est fidem publicam, quam dicit vulgo appellari verba: & ideo illa constitutio non potest commode huic quaestioni, quam de iuramento disputamus accommodari. Verum adhuc magis pro alia opinione virgere videtur tex. in d. cap. penul. cum inde appareat, non sufficere ad iuramenti religionem, & ipsum vinculum interiore iurandi con-

di consensum, nec mentem ipsam iurandi, nisi verbis ipsi iuramentum explicetur. Dicitur enim in eo capite, clericus qui iuravit se statuta in sua Ecclesia promulgata seruaturum promittens per idem iuramentum, et statutum quod postmodum subsequutum est, fideliter obseruare, licet transgredi non debuerit, quod promissit, non tenetur ad illius obseruantiam ex debito praestiti iuramenti. His enim verbis Roma. Pont. insinuat, iuramentum et semel super re quadam praestitum non posse simpliciter consensu iurantis ad alium casum extendi, quo ad vim iuramenti, nisi iterum expresse praestetur, & ideo inde iurandi mentem non sufficere satis concludenter colligi videtur, nisi & verba etiam iusiurandum denotantia exprimantur. Licet autem ad probandam contrariam opinionem ita inducantur ille text. responderi tamen ei probabiliter potest. In eo. c. de iurisiurandi extensione non autem de iureiurando mente tantum & animo concepto tractari: Quin autem iuramentum absque verbis sola animi deliberatione fieri possit, eo in loco negari non videtur, & si decidatur absque nouo iurandi animo iuramentum iam praestitum extendi quo ad eius vim, etiam ex consensu, & voluntate iurantis minime posse. Ex eo igitur text. eam conclusionem adnotat Abbas, & Doct. ibi. & Antonius a Butrio in cap. excommunicato. num. 23. extra de rescript. & Soc. colum. 99. lib. 3. col. 2. & Ias. in leg. Gallus. §. item credendum. col. 3. ff. de lib. & posth. & in l. 1. §. & post operis nunciat. & Catellia. Cotta in suis memorialibus. in verbo. iuramentum. & And. Tiracu. in retract. de legibus connubial. gl. 5. num. 120. Illud praeterea etiam inde colligunt Doct. quod ad verum iurisiurandi effectum, ac etiam ad periurium, relatio ad aliud iuramentum non sufficit, nisi illi qui iuravit huiusmodi relationem faciat. Praeterea, ut refert Bernardus Valterius in suis miscellaneis, in d. ti. de fide, treug. & pace. cap. 8. num. 7. non desunt qui existimauerint iusiurandum simpliciter contrahi non posse, per text. in d. c. & si Christus. & in c. iurabunt. 22. q. 1. & in c. ego. eodem tit. & in §. sed neque. in Auth. de mand. princip. & tradunt Barr. in l. qui iurasse. §. 1. in fi. ff. de iureiurand. & Alber. Fulg. & Roma. in d. l. 1. ff. de verbor. oblig. & comprobatur per text. in c. pen. extra de iureiura. vbi ex solo consensu praestitum iusiurandum non extenditur, & id ea ratione, quod verba necessaria sunt Clericus enim statuta seruare iureiurando promissit, & dicitur non teneri, quia iuramenti vis per simplicem consensum non extenditur, nisi rursus idem iusiurandum repetatur: Vnde ex eo text. colligunt Doct. illam conclusionem, quod vbi verbis opus est, quo ad iuramenti, & periurii effectum, ad aliud iusiurandum relatio non sufficit, & si ab eodem praestetur. Praeterea Niconitius in c. quoniam contra falsam. extra de proba. in gl. fin. num. 89. cum sequentibus. ad hoc adducit text. in d. c. penul. & dicit ideo ibi relationem ad aliud iusiurandum non sufficere quia pro forma iurandi, ut expresse iuretur, inductum est, ut ibi notat Abbas, quem sequitur Ias. in leg. hac consultissima. §. per nuncupationem. in fi. c. de testam. & Ioan. Andr. in c. in malis col. 1. versic. & 4. in mercarialibus. & Bald. in tit. de noua forma fide. c. 1. col. fin. circa medium. & Ias. in leg. ait prator. §. si neque. num. 10. ff. de iureiurand. & rursus Ias. in l. lecta. colum. num. 10. ff. si cert. pet. a. & iterum Ias. in l. scire debemus. colum. 2. num. 6. ff. de verbor. obligat. &

rursus idem Ias. in l. ex ea parte. col. pen. nu. 11. ff. eod. tit. Vbi subdit sapientem electum, & de cuius consilio instrumentum conficitur, ut iusiurandum in instrumento apponatur, praecipere, & ordinare, seu consulere non posse, propterea quod iusiurandum verborum formam requirit: ut l. suis verbis iusiurandum exprimitur, nec sane aliter suppleri posse, & id inquit diligenter adnotandum, & memoria mandandum esse: qui alias in facto Florentiae vidit in causa quadam satis ardua de hoc tractari. Praeterea hanc eandem conclusionem sequitur Soc. in regul. 247. incipiente. locutio. nu. 1. & rursus Ias. in l. 1. §. si quis ita. col. 1. ff. de verbor. oblig. Vnde notandum esse inquit Anto. a But. in c. ab excommunicatione. col. 6. extra de rescript. quod si praestitum prius iureiurando, quispiam deinde subdat, per illud iusiurandum, quod alias praestitum, promitto tibi centum, ob id tali iureiurando non obligari, nec periurium eo neglecto committere, ea ratione, quod illa iuramenti obligatio verborum expressionem requirat, & simplex relatio ad aliud non sufficiat, & idem tenet Roman. in l. 1. colum. 7. ff. de re iud. & Ias. in l. Gallus. §. idem credendum. col. 2. ff. de lib. & posth. & rursus idem tradit Tiracquel. in tract. de legibus connubial. in ver. expres. in glo. 5. nu. 120. Et idem voluit Soc. in sen. in consi. 99. Serenissimus Rex, col. 2. ver. tamen clausula. vol. 3. dum voluit, quod si inter aliquos compromissum iuratum factum sit, & deinde inter eosdem idem compromissum prorogetur cum omnibus suis clausulis, ob id tamen iuramentum interuenisse dicendum non esse, sed ut iterum expresse, & specificiter interponatur opus esse, & sic patet generalem consensum non sufficere nec etiam generalem expressionem, nec etiam ad aliquod certum relationem. Vnde etiam est, ut paulo ante diximus, & tradit Panor. in d. c. pen. quod si partes consentiant, instrumentum ad sensum, & consilium sapientis extendi possit, vel ut notorio videbitur opportunum, iuramentum tamen ab ipso sapiente, vel notario addici non posse, cum specificam expressionem, & verborum conceptionem requirat, ut inquit Soc. in l. Gallus. §. idem credendum. col. 2. ff. de liber. & posth. & Decius in l. semper in stipulationibus, col. fin. ff. de regu. iur. & est optimus text. in l. qui per salutem. ff. de iureiura. Vbi licet ille, qui per salutem suam iurat, per Deum iurare videatur, cum respectu numinis ita iuret, delationi tamen iurandi satisfacere non dicitur, nisi ita fuerit specialiter delatum, & sic patet per Deum in genere iurare satis non esse, sed in specie iurandum esse, ut per Deum iuratum esse dici possit. Praeterea hanc eandem conclusionem sequitur Bal. in c. significasti. num. 5. extra de electio. & electi potest. dum ibi notat omne iuramentum proprietatem, id est qualitatem verborum exigere, ob id quod consensu non contrahatur, sed verbis arguendo a contrario sensu de text. in l. consensu. ff. de act. & obl.

Item hanc eandem opinionem sequitur Ponta. in leg. prima. numero 12. ff. de verborum obligation. & Ias. in leg. ex ea parte. numero nono. ff. de verborum obligation. & August. Bero. in suis question. familia. questio. 100. numero 4. & idem voluit Casfr. in l. 1. num. 4. ff. de verbor. obligat.

C A P. XII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramenti verba si non possunt accipi iuxta propriam significationem; intelliguntur secundum impropriam.

Vidimus hucusque verba ad inducendam vim iurandi necessaria esse, & ideo antequam ad ulteriora transeamus, sciendum est quod ubi talia verba proprie accipi non possunt, improprie accipienda esse, ut dixit Corn. in l. sed si possessori. §. item si iurauero. num. 1. & ff. de iureiur. dum inquit, quod si verba iurandi iuxta propriam significationem intelligi non possunt, iuxta impropriam intelligenda esse. Et ideo nu. 3. inquit semper. §. illum ad hoc adduci, quod quando verba secundum propriam significationem intelligi non possunt, secundum impropriam intelligenda sunt, ut aliquid operentur, ut inquit facere ad text. in l. insulam. ff. de presc. verb. & in l. olei. C. locati. & tradit gl. in l. 2. §. iulerunt. ff. de orig. in & Bal. in l. cum ante. Cod. de dona. ante nupt. Et ideo dixit Bart. quod si aliquis in libello dixerit esse in possessione rei alicuius incorporalis, quod quidem impossibile est, de quasi possessione intelligendum esse, & idem quoque de Emphyteuta, qui se dominum appellauerit, dicendum arbitratur: Nam quo ad utile dominium intelligendum est, & hæc notanda esse dicit ad sustinendum dicta testium improprie loquentium non solum a falso, sed etiam, ut probent.

C A P. XIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuro verbum, an semper in iurandis necessarium sit.

Iurandum quatenus periculum inducit non procedere, nisi per verbum, Iuro, concipiatur, voluit Cardinalis in c. præterea, extra de sponsalib. dum vult, neminem periculum censeri, aut quo ad periculi reatum iuramenti censeri appositum, nisi fidem expresse per verbum, Iuro, interposuerit. Hanc opinionem refert, & sequitur aliter Cardinal. Alex. in d. c. præterea. eam tamen manifeste falsam esse dicit Didacus Couarruias in initio primæ partis relectionum, num. 7. ex pluribus & maxime, quia ad iuramenti vim & religionem satis est, si Deus in testamentum suæ promissionis vocetur, prout ex definitione ab eo data apparet; Deus autem in testem vocari sine prædicti verbi, Iuro, specifica expressione, & ideo inquit Cardinalis, errorem apparere. Præterea subdit hac de re esse text. in capit. & si Christus, extra de iureiuran. & in cap. & iurabunt. 22. q. prima, & in c. ego. N. eodem titu. Quibus probatur, iuramenta absque verbo illo, Iuro, præstari posse: Id quod adnotarunt etiam Abbas in c. quarelam. col. 3. extra de iureiuran. & Ioan. de Selua in tractat. de iureiuran. par. prima, que est penult. & Lancel. Galiula in l. 1. in prin. columna final. ff. de verborum obligat. Accedat

etiam, quod multa alia iuramenta sunt, quæ aliis verbis, & aliis formulis concipiuntur. Plane si illud verbum necessarium esset, aliter concipi non potuissent. Id autem quod verum sit, variis testimoniis concipiuntur: Nam, ut supra vidimus, in lege veteri satis inducebatur iurandum per illa verba, viuit Dominus, viuit Deus: Ipse enim Deus iurauit, Num. c. 21. Viuo ego. & Hieremia c. 4. iurabis, viuit Deus, & Paul. ad Romanos scribens sæpe iurauit per hæc verba, testator Deum: testis est mihi Deus. Ad Rom. c. 1. & 1. ad Corinth. cap. 15. inquit Apostolus, quotidie morior per glo. nostram, quæ quidem verba, ut ex Græcis exemplaribus apparet, manifestissimam adiurationem ostendunt, ut animaduertit Romanus Pontifex in d. c. si Christus, & Diuus Augustinus in c. non est. 22. quest. 1. Et ex eodem Augustino lib. 1. de sermone Domini in monte, explicat hanc ambiguitatem ex Græco dissoluens, sermone 30. de verbis Apostoli, & ibidem latius tradit Didacus, & potest etiam percipi ex iis, quæ supra de modis, & formulis iurandi Gentilium diximus, & de his habetur in Enchiridio Parium, in verbo, iurare per Deum.

C A P. XIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramentum per verbum, credit, ita nocet, & prodest sicut iuramentum decisuum.

Iuratur etiam respondendo positionibus quantum per verbum, credit, & ita nocet, & prodest, sicut iuramentum decisuum. Nam si respondeatur per verbum, credit, probatur intentio potestatis: si vero per verbum, non credit, ita committitur periculum si scienter quis ita iuret, ac si omnino affirmatiue iuraretur, ut habetur in dict. l. 2. §. quod obseruari. C. de iuram. calum. & tradit Aymon Crauetta in consil. 203. num. 8.

C A P. XV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramentum etiam per fidei præstationem concipitur.

Solet etiam aliquando per fidei præstationem ut inquit Specula in §. fina. in tit. de arbit. col. 23. versi. sed pone, quod compromissum, & sequitur Ioan. Fabri in d. l. si quis maior. & ibi Alex. & las. col. penult. & seq. & Anto. de But. post Ioan. And. in c. cum tempore, extra de arbit. & Guid. Pap. in consil. 31. & Archid. in cap. 1. in verbo, fidei interposita, de sepultu. in 6. & las. in consil. 91. col. 2. vol. 3. & Ripa in cap. 2. colum. 2. extra de resc. & las. in §. item si quis, il secondo, col. 24. Institu. de actio. & Hostien. in c. per tuas, col. fina. extra de arbit. & Zasius in consil. 12. vol. 2. & 10a. de Silua in tract. de benefi. fol. 120. col. 2. & Fel. in c. querelam, col. 2. extra de iureiuran. & Bertran. in consil. 162. col. 5. vol. 1. dum inquit communem esse, & in consil. 178. colum. 1. vol. 1. in nouis, & in consil. 1. col. 4. volum. 1. in antiquis, & Felyn. in c. 2. col. 5. & sequen.

quen. de sponsa. & Ruin. in cons. 9. col. 1. volu. 3. Id autem quomodo procedat, declarat Paris de Puteo in tractat. de duello. lib. 7. quest. 11. num. 10. Vbi iurans per fidei præstationem quo ad obseruantiam perinde est, ac si iurasset per Dei Euangelia: secus vero quo ad pœnam, prout videtur voluisse Archidia. in c. iuramentum. 22. quest. fina. & eam distinctionem approbat Anton. Gabriel. in d. lib. 3. commun. opin. conclusio. 1. in tit. de transact. num. 20. Iusiurandum namque & fides æquipollent, vt ait Barba. in c. peruenit. num. 17. extra de fideiuss. & Speculat. in §. 7. num. 49. lib. 3. tit. de arbit. & arbitra.

CAP. XVI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iuramentum, an concipiatur per illa verba, super animam suam.

BAl. in c. & si Christus, num. 7. extra de iureiu. quaerit, † an iusiurandum inducatur, si forte in ipso iureiurando exprimentur ab eo, qui iurat ea verba, in præiudicium animæ meæ, vel super animam suam: Et dicit huiusmodi verba iusiurandum non inducere, & præsertim in teste, vt voluit Innoc. id quod procedit etiam si iuramentum pro solemnitate inductum sit, vel pro actus soliditate ac confirmatione, vt ibi per eum.

CAP. XVII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iurari per crucem, per euangelium, per ordinem, per salutem Principis, quando possit.

Quare † autem per crucem, Euangelium, ordinem & salutem Principis iurari possit, tradit Abbas in c. & si Christus, nu. 6. Inquit enim eam esse rationem, quod in eis creator ipse respici videatur, quod in aliis accidere non videtur. Et ideo gl. in ca. quoties, 1. q. 7. inquit, eum qui iuret per salutem Principis consistere videtur, cuius Iudicio salus Principis consistere videtur, & ideo non peccet. At secus si ad ipsam creaturam duntaxat respiciatur, & ipsa tantum inuocetur in testimonium, seu ad actus confirmationem, tunc nanque honorem & reuerentiam Deo debitam creaturæ impenderet, & ita idolatriam committeret, c. perlatum. de consecratione distinct. 3. & est text. in ca. venerabilis, vbi tradit gloss. eadem distinct.

CAP. XVIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iusiurandum si per Deum deferatur, & iuret quis per corpus suum, an iuramentum subsistat, & quid e contra.

IAl. in l. ait prætor, §. iurari. nu. 4. ff. de iureiuran. quaerit † an si pars deferat iuramentum per Deum, & sic per creatorem, & ille cui est delatum, per

corpus suum proprium iuret, huiusmodi iusiurandum valeat? & non valere arbitratur: Id quod, vt inquit ibidem Ias. modicam dubitationem habere videtur: cum fuerit delatum per illud, quod est maius & per minus iuratum sit, & ideo subdit magis dubitabile esse, si econtra casum ponamus, vt puta si alicui deferatur iusiurandum per corpus suum: & ipse per Deum iuret, & sic per illud, quod valde plus est: an huiusmodi iusiurandum subsistat? Et in hoc casu subsistere arbitratur, argument. l. cum furti. ff. de in litem iuran. Contrarium tamen subdit Ias. determinare Guiliel. Alber. & Bal. in l. antiqua, & Fulg. & Alex. in d. l. ait prætor. §. iurari. per text. in l. l. §. si quis simpliciter. in ff. de verb. ob.

CAP. XIX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iuramentum si fiat per Dominum, & diabolum, an subsistat.

Quæsiuit etiam Andreas Barbatia in consil. 12. in prim. vol. 1. † si fortasse iusiurandum deferatur per Dominum & Diabolum, & concludit non valere, tanquam hæresim denoter manifestam, vt dixit gloss. in c. accusatus. in gl. in verbo, sapore. Et facit text. in l. nemo. C. de summa Trinita. & fide cathol. dum ibi habetur, non licere de fide Catholica in publico disputare. Ergo multo minus in loco iudicii, vbi huiusmodi iusiurandum delatum & præstitum fuit:

CAP. XX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iurandi in iure diuersæ formulæ.

In iurandi † diuersas esse in iure formulas, tradit Speculator in lib. 4. part. 2. in tit. de iureiuran. Est enim iuramentum accusatoris vel testis in causa matrimonii, vel testium synodaliū, vel etiam ultra supra relatas, habemus in capit. ecce. 35. questio. 6. & cap. series, extra de testibus, & in capit. fraternitatis. §. sequitur. eo. tit.

Item sacramentum calumniæ. cap. nunc dicamur. & c. restat. versi. sed pone, extra de iuram. calum. sacramentum, quod præstat, qui vxorem reconciliat. de hoc tradit Spec. in §. si. in ti. de sponsalib. Item iuramentum separationis viri & vxoris, de quo inquit tradere Spec. in tit. de diuor. in versicu. summa, Item sacramentum redeuntis ab hæresi, vel quolibet horrido crimine, de quo in cap. quoties. 1. quest. 7. & c. inter decem. extra de purgatio. canon. & ca. ego. 11. quest. 3. & cap. cum aliquis. 12. questio. 2. Item iuramentum, quod præstat Imperator Pontifici, de quo in cap. tibi. distin. 63. Hoc enim iusiurandum cum primum in Regem eligitur, legato præstat sedis Apostolicæ: & deinde quando coronatur, iterum illud præstat summo Pontifici, vt habetur in clemen. Roman. de iureiura. Iusiurandum præstat etiam vasallus domino suo. c. de forma, 22. q. 5. & ponit formam Specula. in tit. de forma. Est etiam iuramentum compurgatorium, & eorum qui se purgant. cap. quoties, extra de purgat.

CANON.

canon & c. constitutus. 2. q. 5. & c. auditum, & c. omnib. eadem 2. causa q. 5. & c. fin. extra de abolitio. & purgat. Est præterea iusiurandū, quod præstat patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi Pontifici, de quo habetur in c. ego. extra de iureiur. c. in ca. extra de priuil. antiquo. Est quoque iusiurandum, quod episcopus præstat Archiepiscopo, de quo in c. nullus, extra de iureiur. & c. intellectu. extra de reb. eccl. non alien. & in c. quanquam. 23. dist. & c. dilecti, extra de maiori. & obediens. Item iuramentum, quod Abbas præstat episcopo, de quo in c. Dei, extra de simo. & iuramentū, quod præstat Rex in coronatione, eo tit. c. veritatis. & c. intellectu. Item iuramentum, quod præstat rector ecclesiæ, vel curatus, tradit Ioan. And. vel alius addens Speculatori. in c. tua. de iur. Item de iuramento regentium hospitalia habetur in c. quia contingit. ver. illi etiam. de relig. domi. vbi etiam notatur de iuramento tutorum, & curato. Item iurant etiam custodes carcerum hæreticalium, & ipsorum ministri, vt habetur in c. 1. §. porro. in clemen. de heret. & ibidem notatur in glo. 2. in ti. Doctorandi autem qualiter iurent, habetur in c. 2. in ti. de mag. in clemen. Est etiam alia forma iuramenti illius, quod præstat ille, qui instrumentum refici petiit, vt tradit Spec. in ti. de edit. instrum. §. postquam ver. vbi autem. Iurant præterea & aduocati hodie antequam ad postulandum admittantur, in const. Grego. 10. de postulan. & c. properandum, vbi de hoc tradit Spec. Item alia est forma iurandi illius, quod clericus iurat Episcopo, vel capitulo. c. si cum clerici, extra de iur. & c. quanquam. 23. dist. Item qualiter iuret clericus, in eo. c. quanquam, & in c. Arthaldus. 8. q. 3. Est etiam alia forma sacramenti, quod præstant milites, vt habetur in c. prohibentur. 2. q. 1. & ver. 1. & §. ite quod est miles. extra de procura. & in ti. de accusa. versu. item excipitur, quod est miles. Est & forma iuramenti minoris in venditione rei suæ, vt tradit Spec. in §. nunc dicendum, in prima forma, ver. illud. in ti. de emp. & vendi. Item & alia forma iuramenti illius, quod præstat vxor existens minor, ne veniat contra alienationē rei dotalis, habetur in eo. ti. §. 3. quod si vxor. & ver. nota generaliter. Item & alia forma iuramenti, quod præstat frater, vel consors, cum ratificat illud, quod à fratre vel consorte factum est, habetur in eodem §. versu. porro. Item forma iuramenti, quod præstat Abbas vel prior positionibus respondens. c. ad hoc alias incipit. presentium. de testam. lib. 6. prope in princip. Item ex forma iuramenti æstimantis iniuriam. & de hoc tradit Spe. in ver. & nota. in ti. de iniur. Item formula iuramenti iudicis, vt habetur in c. venientes. extra de iureiur. Item est forma iuramenti illius, qui ab excommunicatione absoluitur, vt de eo tradit Spec. in §. vt autem. ver. porro. in tit. de sentent. Hodie autem iuratur per Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vel per illa verba, sic me Deus adiuet, per has sacras reliquias, per hanc sanctam crucem, & similia, cap. de parentela. 36. quæstio. 6. & c. sibi. distin. 63. Quoniam autem supra de iureiurandis antiquorum patrum nostrorum dictum est, & eorum formulæ relatæ, illud hoc loco addendum est tunc prout tria tempora considerantur, tres quoque formulæ inveniuntur, & inductæ fuerunt, iuxta quas iuramenta interponebantur, videlicet viuut Deus, viuut anima mea hæc, vel ita, hæc addat mihi Deus, vt habetur in c. iurabūt. 22. q. 8. & in c. & si Christus, extra de iureiur. In primitiua autem ecclesia ita,

testis est mihi Deus: testis est mihi conscientia: hæc dico coram Deo, cap. si peccatum, eadem 22. causa quæst. 1.

C A P. XXI.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iusiurandum præstat tangendo euangelia, & sacras literas.
- 2 Iuramentum si per tactum scripturarum præstari debet, non sufficit si presentibus scripturis. & illis non tactis præstatur.

Quoniam hucusque plura de verbis diximus, quibus iusiurandum inducitur: & interponitur, omittendum non est etiam factum induci, videlicet per tactum euangeliorum & sacrarum scripturarum vsu frequentiore receptum esse, vt dixit Bal. in consil. 2. num. 1. vol. 4. dum vult per verbum, iuro, vt supra diximus inducatur, & interponatur, etiam si non tangantur euangelia, vel sacræ scripturæ, vt notant Doct. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. Et ideo dicunt Doc. quod si statutum exigat iusiurandum cum tactu Euangeliorum, vel aliarum sacrarum scripturarum, ei satisfieri non dicit, si fortasse scripturis in præsentia iurantem existentibus, non tamen tactis præstetur, vt tradit Tiragu. in vers. express. gl. 5. nu. 97.

C A P. XXII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum hodie inducitur tangendo quemlibet librum, nisi specialiter tactis euangeliis requiratur.
- 2 Iurare super aliquo ligno satis est, licet non tangantur scriptura.

Licet multis in locis vsus induxerit, vt iusiurandum tangendo Euangelia præstetur, vt dixit Io. Mona. & Archidia. in cap. vi. circa. de rescrip. in 6. & refert Philippus Francus in eodem c. nu. 9. & est gl. singul. in clem. 1. §. porro. versu. tacita, extra de heret. hodie tamen communis vsus inualuit, vt qualibet scriptura tangatur alicuius libri, vel etiam in aliquo folio descripta, & id cum corporale iuramentum requiritur: secus autem si tactus ipse euangeliorum à iure requiratur, vt dixit d. gloss. in illa clem. 1. §. porro. versu. tacita. Quinimo dixit gl. in auth. vt iusiurandum, quod præsta. ab his. etiam satis esse, si super aliquo ligno iuretur, & si scripturæ non tangantur. Id tamē dicit Franchus de iureiurando obligatorio intelligendum esse: secus vero, vt diximus, si à iure tactus Euangeliorum, seu scripturarum requiritur. Nam in eo casu procedit glo. in d. cle. 1. & in illis casibus iusiurandum verbis conceptum non sufficeret, vt voluit Arch. in d. c. vt circa, & Io. And. & si vbi à iure scripturarum tactus necessarius non esset, iusiurandum verbis tantum conceptum satis sit, & ita inquit eodem in loco Franchus intelligendum esse illud, quod notat Imola. in c. cum contingat. extra de iureiur. Præterea quod iusiurandum ex consuetudine, & communi

communis vlti subsistat, etiam si tacto alio lib. quam euangeliorum interponatur, concludit etiam Guid. Papæ in quest. 35. num. 2. de hac consuetudine tradit & notat gl. vt iusurandum, in princ. in ti. iusur. an. quod prestat in Authen. col. 2. Hippol. autem Riminal. in §. 1. num. 297. Instit. de donatio. inquit, illud iusurandum procedere, quod tactis sacrosanctis Euangeliis, vel aliis sacris scripturis interponitur, vt nonnulli arbitrantur: secus vero si alia scriptura profana tangantur, vt voluit Cassane. in cons. 7. nu. 18. & Bello. in cons. 4. col. 2. de ea donatione loquens, quæ ratione personarum prohibita est, vt puta inter patrem & filium, virum & uxorem. Idem tamen Ruin. ibidem num. 208. eam declarationem non probat, ex quo (vt supra diximus) communis iamdiu inualuit consuetudo, vt super qualibet scriptura referendo se ad sancta Dei euangelia satis sit: solent namque tabelliones dicere, talis iuravit ad sancta Dei euangelia manu tactis scripturis: opinio enim iurantis, & relatio, quam habet ad sacra euangelia, vt illa scriptura loco euangeliorum habeatur quo ad firmandum iusurandum, efficere potest. Nam iurans non dicit, iuro super hæc euangelia, & ideo huiusmodi consuetudo seruanda est, vt tradunt Bal. Salyc. Corne. & Curt. in d. authen. sacramenta puberum. Cod. si aduers. venditio. & Imola in cap. cum contingat, extra de iureiur. & Bal. & Afflict. in c. 1. §. item sacramenta, num. 20. in titu. de pace iura. firman. in vsibus feudo. & latius tradunt Imola, Cardinal. & Bonifac. de Vitalinis, & late etiam Corset. in addit. ad Abba. in rub. de iureiuran. & Ioan. de Selua in tractat. de iureiuran. in 1. par. quest. 4. in fin. Exceptis enim illis casibus, in quibus de iure actualis tactus sacrorum Euangeliorum necessarius est, eorum loco alias scripturas tangere satis est, vt prædicti existimant, licet cautela sit, & ea quidem satis iusta, & rationabilis, vt inquit Bal. & Salyc. quod in loco, vbi contrahitur, adit liber euangeliorum, vel aliqua alia scriptura, quæ de euangeliis aliquo modo mentionem faciat, super quibus iuretur: & id faciunt illi, qui cauti esse volunt: & id in rebus, & gestis non modici momenti obseruari arbitrantur, vnde est, vt in rebus magni momenti in vsu sit, vt euangelia proferantur, & super eis iuretur. Id quod satis ostendit Ludouicus Arioftus in suo libro Orolandi furiosi in cant. 38. ver. sicum de rebus gestis inter Carolum Magnum, & Regem Agramantem loqueretur: Deque inter eos bello sedando, & tributo inter eos ineundo tractaretur, inquit.

Poi che dell' arme, la seconda eletta
Si diè al Campion del populo Pagano,
Duo Sacerdoti, l' vn' dell' vna setta,
L' altro dell' altra, v' scir co i libri in mano:
In quel del nostro, è la vita perfetta
Scritta di Christo, e l' altro è l' Alcorano:
Con quel dell' Euangelo si fe innante
L' Imperator, con l' altro il Rè Agramante.

Giunto Carlo all' altar, che statuito
Gli suoi gli hauean, al Ciel leuo le palme,
E disse, ò Dio, c' hai di morir patito
Per redimer da morte le nostr' alme,
O donna, il cui valor fu si gradito,
Che Dio prese da te l' humane salme,
E noue mesi fu nel tuo san' aluo

Sempre seruando il fior virgineo saluo.

Siatemi testimoni, ch' io prometto
Per me, e per ogni mia successione
Al Rè Agramante, & à chi doppo eletto
Sarà al gouerno di sua regione,
Dar venti some ogn' anno d' oro schietto
S' hoggi qui riman vinto il mio Campione,
E ch' io prometto subito la tregua
Incominciar, che poi perpetua segua.

E' in citò mauco, subito s' accenda
La formidabil ira d' ambedoi,
La qual me solo e i miei figlioli offenda,
Non alcun' altro, che sia qui con noi:
Si che in breuissim' hora si comprenda
Che sia il mancar della promessa à voi,
Così dicendo Carlo, su l' Vangelo
Tenea la mano, e gl' occhi fissi al Cielo.

Si leuan quindi, e poi vanno all' altare,
Che riccamente hauean Pagani adorno,
Oue giurò Agramante, ch' oltre al mare
Con l' esercito suo faria ritorno
Et à Carlo daria tributo pare
Se restasse Ruggier vinto quel giorno,
E perpetua tra lor tregua faria
Co i patti, c' hauea Carlo detti pria.

E similmente con parlar non basso
Chiamando in testimonio il gran Maumette
Su l' libro, che in man tiene il suo Papasso,
Cio che detto hà, tutto offeruar promette,
Poi del campo si partono à gran passo
Et tra i suoi l' vno, e l' altro si rimette:
Poi quel par di Campioni à giurar venno,
E il giuramento lor questo contenne.

Ruggier promette, se dalla tenzone
Il suo Rè viene, ò manda à disturbarlo,
Che nè suo guerrier più, nè suo Barone
Esser mai vuol, ma dar si in tutto à Carlo:
Giura Rinaldo ancor, che se cagione
Sarà del suo Signor, quindi le uarlo
Fin che non resti vinto egli ò Ruggiero,
Si farà d' Agramante Cavaliero.

Poi che le cerimonie finite hanno
Si ritorna ciascun dalla sua parte, & quæ sequuntur.

Quando autem de summa rerum non tractatur vt tactis euangeliis iurari debeat, dicendum per prædicta non videtur, & ideo inueteratæ consuetudini standum sit, vt supra diximus, ita vt quamlibet scripturam tangere sufficiat. Præterea, quod regulariter iusurandum tactum scripturarum, & euangeliorum non requirat, tradit Bald. in l. 1. §. item sacramenta. in titu. feudo. de pace in ramen. firman. & Hippol. Marsilius in singul. 415. prout etiam imaginum, vt est tex. in c. 2. 22. q. 2. & refert Nicol. Moronus in tractat. de fide treg. & pace, q. 8. num. 1. Rufus, quod tactis quibuscunque scripturis iusurandum vere, & realiter fiat, & inducatur, tradit Portius in cons. 36. num. 77. cum tactis scripturis iurari consueuerit. ego N. extra de iureiuran. & in c. 1. in ti. feudo. de noua forma fidelit. & tradit gl. in clem. 1. de vsur. & iterum voluit Bal. in l. generaliter. §. in omnib. C. de rebus credit. si certum petat. & las. in dict. authen. sacramenta puberum, numero 14. Cod. si aduers. vendit. & Gozadi. in d. consilio 87.

Et in-

Et intelligitur generaliter de omnibus scripturis, & sic patet ex supra scriptis, duas esse quaestiones: Prima an requiratur tactus euangeliorum scripturarumque sacrarum; Secunda, an tactus cuiuslibet scripturæ sufficiat. Voluit etiam ultra prædictos, Salyc. in d. *authen. sacramenta puerum, nume. 7.* super Euangeliis iurare necesse non esse ex communi consuetudine, sed satis esse si super qualibet scriptura iuretur, quia intentio iurantis ad Euangelia Dei refertur, vt supra etiam diximus, & ideo notarium inquit cauere debere in referendo iuramento, & dicere, quod iurauit ad sancta Dei Euangelia, non super Dei Euangelia, & si existimet, vbi de negotiis arduis tractatur, cautum esse, si liber Euangeliorum afferatur, & super illum iuretur. Item tenendo eandem opinionem, quod Euangelia tangere necessarium non sit, dixit Guido Papæ in *conf. 30. col. 5. ver. secunda ratio.* quod licet in instrumento non dicatur iurantes sacras scripturas attigisse, sed manus fortasse dictorum notariorum: attamen huiusmodi iurandum valere. & ratio est, quia iurans cor ad Deum dirigere intelligitur, & Deo principaliter acquiritur principalis obligatio, & si effectus in priuatam vtilitatem conferatur, vt probatur in c. *debitores. vbi notat Abbas versic. nota ibi.* Vnde etiam est, quod Hen. de Bouencho in *dict. authen. sacramenta puerum. in princip. ibi. octauo vero extra gl. & c. concludit.*

CAP. XXIII.

Argumentum est in Summariis.

SUMMARIUM.

- 1 Testes feudales cum iurant, debent tangere sacra euangelia.

Præsupposita illa conclusione, quod in præstando iureiurando, Euangelia tangere necesse non sit, in nonnullis casibus limitatur, † & in primis limitatur non procedere vbiunque testes in casibus feudalibus examinantur, vt dixit Bald. in *ti. quid sit inuestit. §. 2. nu. 4.* & refert Nico. Moronus in *tract. de fide, treug. & pace, quæst. 10. num. 1.*

CAP. XXIV.

Argumentum est in Summariis.

SUMMARIUM.

- 1 Iurandum cum fit ad validandum actum, requirit tactum euangeliorum.

Primo limitatur, vt inquit idem Moronus in *eodem tract. ca. 11.* in casibus à iure prohibitis. Nam in illis cum iurandum ad eorum validitatem, & confirmationem apponatur iuxta terminos d. *authen. sacramenta puerum, c. si aduers. venditio.* merito tactus scripturarum est necessarius, vt inquit Bald. in d. *c. si Christus. 22. quæst. prima.* & Bar. Bald. Sal. & Ias. in *dict. authen. sacramenta puerum. & in l. 1. eod. tit. & Fel. in cap. fraternitatis num. 23. extra de testibus, & in addit. ad Bald. in d. l. 1. & Lucas de Penna in l. 3. C. de vend. reb. ciu. lib. 11. & Cassane. in consilio septimo. numero. 18.* Præterea quod scripturarum tactus in iuramento confirmatorio requiratur, vt puta in do-

natione inter vir. & vxor. tradunt Bar. & Alex. in l. *Seius & Augerius. ff. ad l. Falc. & Abb. in c. donatio extra de dona. inter vir. & vxor. & Pau. Castren. in conf. 75. nota. col. 2. & iterum Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & iterum Alexand. in consil. 58. volumi. 1. & Didacus Couarruuias in relectione super c. quamuis. §. primo. part. 2. de pac. in 6. & Felyn. in dict. cap. fraternitatis, & Cassa. in dicto consil. 7. num. 18.*

CAP. XXV.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

- 1 Iuramentum conventionale requirit tactum euangeliorum, & scripturarum.

Secundo limitatur in iuramento conventionalis: † Quia super euangeliis, & scripturis præstandum est, vt inquit Bal. in d. *c. si Christus. & Lucas de Penna in d. l. 3. colum. 3.*

CAP. XXVI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

- 1 Iurandum à testibus præstandum requirit tactum scripturarum.

Tertio loco illa conclusio, † quod iurandum tactum Euangeliorum, & scripturarum non exigit, limitatur in iuramento à testibus præstando: in eo namq; vt scripturas intelligant necesse est, & ex consequenti, vt scripturis tactis præstetur, vt est *tex. in c. vt circa. extra de testib. & tradit etiam Felyn. in d. c. fraternitatis, & in repero. in ver. testis debet iurare.* Veritas namque dicitur notitia rei per iuramentum, & officium testis est publicum, cum veritatem tueatur, quæ dicitur res sacratissima, vt dixit Bald. in *rub. extra de testib. cogen. in prin.* Nec satis esset si testis per animam iuraret, sed super sacrosanctis Euangeliis iurare debet, vt dicit Marth. de Afflict. in *constit. regni de periurio. nu. 10.* & eum ante depositione modo prædicto iurare oportet, vt inquit Spec. in *ti. de testib. q. 55. & Guido Papa quæst. 35. & in dubio congruo loco, & iurasse censetur, argumento l. Praetor. §. sed vlt. probari. ff. de noui ope. nunci. vbi tradit Ias. & in l. admonendi. num. 230.*

CAP. XXVII.

Argumentum est in Summariis.

SUMMARIUM.

- 1 Iurare debent clerici tactis euangeliis, & episcopi supra pectus suam.

Quarto limitatur in † clericis, nam super Euangeliis iurare debent. vt inquit Guido Papa, *quæstion. 615.* nisi aliter se habeat consuetudo: Episcopus autem supra pectus suum iurare tenetur. cap. *Episcopo. de elect. in 6. & decisio Tholosana, vbi Aufrerius. 161. vbi declarat Socin. in capit. in iuis, extra de testibus. & Franc. Marci decisio 377. de iuramento prælatorum. & tradit Bal. in c. ex literis, extra de iurcur.*

C A P. XXVIII.

Argumentum constat ex Sum-
mario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum requirit tactum euangeliorum, & scri-
pturarum, si ita disponat statutum.

1 Quinto limitatur, si statutum disponat, ut iuramentum tactis scripturis, seu Euangeliis præstetur, ut inquit Tiraq. in tract. de legibus connubial. in verbo, expres. gloss. §. num. 97. ut voluit gloss. in d. c. ut circa, de elect. lib. 6. & in clem. 1. in verbo, tracta, de heret. dum voluerunt statuto exigente iuramentum tactis scripturis, si præsentibus scripturis, & non tactis iuramentum præstetur, ut ibi latius per eum.

C A P. XXIX.

Argumentum constat ex Sum-
mario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum necessarium requirit tactum scriptu-
rarum.

1 Sexto limitatur in iuramento necessario, si ut est iuramentum testis de calumnia: nam tunc scripturæ tangi debent, & habetur in cap. fin. extra de iureiur. & in cap. notabile, extra de frigid. & malefic. & tradit Cassan. in consi. 24. col. fin. Vbi id in iuramentis necessariis locum habere dicit: secus vero in voluntariis, in quibus non refert, an tactis euangeliis iuretur, vel factis scripturis. Hæc conclusionem sequenti sunt Domini Rotæ Romanæ in decis. 1. alias, 37. nu. 4. vbi voluerunt, tale calumniæ iusurandum tactis scripturis, & euangeliorum præsentia præstandum esse, ut iurans magis terreatur, id quod non procederet si Dominus noster esset absens, quia in præsentia euangelia non afferrentur. Vnde dicunt, aut est concedendum, quod in animam Domini absentis non iuretur, vel si dicatur, quod per alium iurare possit, per ministrum, vel nuncium intelligatur, qui concipiat verba in personam Domini, ut latius ibi. Quod autem quando iuramentum præstatur ex sola voluntate partium satis sit, si solo verbo iuretur nullo scripturarum tactu interueniente. Vnde refert Guido Papæ eodem in loco, quod si minor iuret super aliquo libro fabularum, ut ipse dicit romatis, ut sunt illi in quibus bella Caroli Gallorum Imperatoris referuntur, & romantia vulgo appellantur, tale iusurandum subsistat. Ratio autem est, quia super huiusmodi libro iurando, ad ipsum librum iurans non respicit, sed Deum ipsum præ oculis habet: quandoquid cum dum iurat, Deum ipsum præ oculis habeat, & ad ipsum mentem suam dirigere intelligatur, videtur in ipso Dei throno iurare, & per eum qui super eo sedet, ut habetur in d. c. & si Christus, versic. quamuis, extra de iur. & ita inquit tenere illam de Bouencho: id quod ex eo comprobatur, cum iusurandum etiam super lapide præstitum subsistat, & obliget, ut habetur in cap. qui iurat super lapidem, 22. quest. 2. vbi tradit etiam ipse de Bouencho. Vnde etiam est, ut ibidem Guido Papæ in versic. tertia ratio, dicat, quod licet quispiam per fidem sui corporis iurauerit, per Deum iurasse intelligatur, ut probat optime text. in terminis in l. qui per salutem,

ibi, per Dominum iurare videtur. ff. de iureiur. quandoquidem salus nostra à fide procedit, cum salutem sine fide consequi non possimus, & ideo ille, qui iurat per fidem suam, per salutem iurat, & qui iurat per salutem, iurat per Deum, ut est text. in d. l. qui per salutem. Et ideo dixit diuus Thomas illud iusurandum subsistere, cum quis per caput suum, seu per quamlibet aliam rem, quam diligit iurat, ut his verbis expressit diuus Thomas in secunda secunda, quest. 89. art. 6. prout etiam est si in aliquo contractu quis his verbis utatur: videlicet in veritate, contractus intelligitur veritatis, cum Deus sit veritas, ut probatur text. in cap. in quadam, extra de celebrat. missar. Christum esse veritatem, prout etiam dixit Abb. Panor. in d. cap. & si Christus, ibi, nota quod ista verba, in veritate, & c. & probat text. in cap. in quadam, extra de celebrat. missar. vbi dicitur Christum esse veritatem, & tradit Anton. Gabriel. lib. 2. de minor. conclus. §. num. 36. vbi plures deducit, & Abb. in cap. fin. num. 3. extra de iur. cal. & num. 9. & Arch. in cap. ut circa, num. 3. extra de elect. & est text. in c. non flagitetur, 11. quest. 3. & c. vlt. 2. quest. 4. & c. cum in causa, extra de iur. cal. ita ut euangelia tangantur. c. hortamur, 3. quest. 6. Et id procedit in omnibus aliis iuramentis, quæ à iure vel iudice, vel à partibus ex necessitate deferuntur. d. cap. pen. 7. q. 6. & c. omnib. in fin. de consecrat. dist. 2. & c. ego B. extra de iureiur. & cap. quoties. §. 1. extra de purg. cano. ibi, super sancta Dei euangelia. & c. quoties, il. 1. q. 7. & d. c. quoties. §. 1. Cyn. tamen in d. auth. sacramenta puberum, id intelligit, quando lex est odiosa, & iniqua, ut est illa auth. Alciat. vero ita distinguit ibidem, videlicet: Aut lex exprimit, quod corporaliter iuretur, & hoc dubium non habet; aut nihil dicit, & tunc cum sit odiosa scripturæ tactum requirit; exprimere autem dicitur si velit solemniter iurari, ut voluit Bald. in c. 1. §. si à domino in tit. quid sit inuestit. in vsib. feud. & facit. tex. in d. l. si alterius. C. si minor se maior dixer. & tradit Alciat. in d. rub. extra de iureiur. vbi etiam distinguit, quod si lex exprimit iurandi modum, & eo modo iurandum esse ait: si non exprimit, & tunc aut lex est odiosa, & requiratur tactus scripturarum, aliter non: & tunc dicatur exprimere, si dicatur solemniter iurandum esse, ut voluit Bald. in c. 1. §. si à domino, in tit. quid sit inuestit. in vsib. feud. & facit. tex. in l. si alterius. C. si minor se maior dixer. ita tradit Alciat. in rub. extra de iureiur. num. 18.

C A P. XXX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iusurandum cum præstatur, attenditur loci consuetudo.

1 Illud etiam in hac materia iuramenti adnotandum est, si regionis consuetudinem, vbi iuratur, attendendam esse, ut inquit Iac. Butr. in d. auth. sacramenta puberum, col. 1. ibi, vtramontani tenent, & c. & est etiam gloss. in clem. 1. de heret. & idem dixit Panorm. in d. cap. & si Christus, in fin. ibi, ego puto hoc verum, nisi consuetudo esset in contrarium. Tales autem ita iurantes per fidem suam si mentiantur, puniendi sunt, ut dixit Speculat. in §. restat videre, in versic. licet, in tit. de sponsal. Dixit etiam Guido Papæ tale iuramentum per fidem suorum corporum præstitum tunc valere, cum partes ut ita iuretur conueniunt, nam partes certam formam iuramenti inter se exprimere possunt,

possunt, & valet iuramentum, vt dixit Panormitanus post Hostienf. in d. cap. & si Christus, in fin. ibi, quandoque partes conuenerunt de iureiurando non expressa certa forma, &c. & alibi dixit Ioan. Andreæ in cap. vt animarum, de sepultar. lib. 6. paria esse aliquid promittere per fidem suam, vel iurare, & eum sequitur Angel. Aret. in l. ait prator. la prima. §. mirari autem, in fin. ff. de iureiuran. id quod notandum esse ibi inquit Aret. pro ingredientibus duellum, vel aliud quodcunque certamen, si se sub fide sua inimico dederint, vt quodidie accidit, & tradit late plures referendo, Anton. Gabriel. lib. 2. de minor. conclus. num. 35. Id autem procedit, vbi requiritur iuramentum corporale, secus si iura expresse dicerent, quod interueniat tactus Euangeliorum, vt inquit Petr. de Ancharan. in d. cap. vt circa col. 2. versic. item nota, de elect. in 6. & Cardin. in clement. 1. §. porro, in 4. quest. extra de heret. & Felin. in cap. fraternitatis, in loco paulo ante deducto, & facit text. in l. minime. ff. de legibus, & firmiter recentiores in d. rubric. extra de iureiuran. & illud quod in simili dicit gloss. in d. clementin. 1. in verbo, tacta, in vlt. parte.

C A P. XXXI.

Argumentum constat ex Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum si mandetur à iure super libro euangeliorum præstari, aliter præstitum non subsistit.
- 2 Iurare simpliciter promittens non tenetur super euangelis iurare.

Septimo limitatur conclusio prædicta in quolibet iureiurando, † quod à iure mandatorum super libro Euangeliorum, vel ipsis Euangelis præstatur, & non super alia re, vel scriptura: quandoquidem tunc si aliter præstetur tale iusiurandum non subsistit, vt inquit Lucas de Penna in l. si qua hereditatis, col. 2. versic. omne quidem iuramentum. C. de venden. rer. ciuit. lib. 11. Illud tamen in hoc animaduertendum est, quod si quispiam iurare † promiserit, non recedendo tamen ab illa regula casuum non exceptuatorum, vt supra latius de casibus exceptuatis diximus, in hoc casu super euangelis iurare opus non esse censet, contrarium tenet Imol. & Hostienf. in d. cap. & si Christus, extra de iureiuran. sed solum ad terrorem adhiberi, & quod super imagine Christi præstari possit, vel super Sanctis, nam melius est iurare per Deum, quam per salutem Principis, vel super libro euangeliorum, cum etiam euangelia propter Deum sacrosancta sint, non autem ob illa Deus. cap. si aliqua, 22. quest. 1.

C A P. XXXII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum tangendo euangelia requiritur, quando certa forma non traditur.
- 2 Octauo limitatur, † quando certa forma non datur, quia tunc tangendo euangelia, iurari debet, vt dixit Imola in d. cap. & si Christus, num. 14. extra de iureiuran.

C A P. XXXIII.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum Episcopi an fieri debeat tactu scripturarum.

S V M M A R I A.

- 1 Iurando Episcopus, an & quando debeat tangere euangelia.
- 2 Iurare super euangelis debet ille, qui se purgat ab infamia.
- 3 Iurare non debent de veritate illi, qui aliquem purgant, sed quod credunt, cum sit factum alienum.

Nono limitatur † in casu, in quo Episcopus iurando Euangelia attingere debet. An autem & quando tangere debeat, tradit Imola in cap. quoties. num. 1. extra de purgat. canon. per text. in cap. fin. extra de iuram. calum. Item † ille, qui se purgat ab infamia, super euangelis iurare debet, vt dixit Imola in d. cap. quoties, num. 2. illi vero † purgant quempiam suis depositionibus re ita se habere, & ita verum esse iurare non debent, cum sit factum alienum, sed credere eum verum dicere.

Decimo limitatur in iuramento ab aduocato præstando, vt inquit Afflic. lib. 1. de constit. sub rub. 81. de præstation. sacram. ab aduoc. num. 1. Illud tamen atque ad alia procedatur, si de hoc Florentiæ tractetur, de Procuratoribus intelligendum esse, non de Doctores cum Doctores non iurent, sed procuratores. De forma igitur iurandi, quod aduocatus seu procurator præstare tenetur, est text. expressus in l. rem non nouam. C. de iud. licet gloss. ibi dicat, lege cauetur, consuetudine non habetur: Attamen, vt inquit Domin. à sancto Gemin. in cap. Romana. §. nec etiam, de foro compet. lib. 6. non valet talis consuetudo, sicut non valet consuetudo, vt non iureretur de calumnia, vt habetur in cap. ceterum, in fin. extra de iuram. calum. Imo compellendi sunt procuratores, & aduocati, in loco, vbi aduocati iurant. l. ab Anastasio. C. mand. & in Auth. constit. qua ex rescript. in princ. Ratio autem, quare huiusmodi consuetudo non valeat est, quia inducit animarum periculum. cap. pen. & fin. extra de consuet. & cap. extirpanda, de præb. & tradunt Imol. & Ioan. And. in §. nec etiam, & inquit id contra Iudæos memoriæ mandandum, qui tale iusiurandum non exigunt consuetudine se excusantes. Aduocatus enim veritatem dicere debet & iuste iudicare. Vnde dixit Alber. de Rosat. in d. l. ab Anastasio. C. mand. nonnullos esse procuratores vel aduocatos cauillosos, & perspicaces, qui contra legis intentionem, & dispositionem perquirunt, & inueniunt, & ideo malitiæ dediti, & cauillis dicuntur, vt habetur in Auth. vt hi, qui oblig. se habe. perso. res. vno. vltra princ. & huiusmodi aduocati causam iniustam suis malitiis, & cauillis ac machinationibus iustam appareret faciunt, vt notat gl. in l. quod si nolis. §. mancipium. ff. de adilit. edict.

C A P. XXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Minor si iuret super contractu debet solemniter tactis euangelis iurare, vel tactis sacris scripturis, vel super altari, vel aliqua re sacra.

Vndeci-

Vndecimo limitatur in iuramento minoris. Nam, vt inquit idem Afflictus in *tertio feudorum*, in §. *item sacramenta*, in *1. notab. num. 14. in tit. de pace iur. firm.* vbi ex eo textu iuncta prima gloss. ¶ inquit, quod quando minor iurat super contractu, debet solemniter tactis sacrosanctis euangelis, vel sacris scripturis, vel super altari aliave re sacra iurare, vt inquit *ibi gloss. sacramentum namq. dicitur rei sacra signum*, vt inquit *Bart. in d. auth. sacramentum. C. si aduers. vend.* Et ideo dixit Imola in quolibet solemni iuramento Euangelia tangi oportere, vt habetur in *Auth. iuramen. quod prestat. ab his, in princ. ibi, iuro per hac quatuor euangelia, que in manu teneo.* Vnde etiam dixit Bald. in *eadem authentic. sacramenta puerum*, vidisse in factis magnis ab Ecclesiasticis deferri Euangelia, & super eis corporaliter manu tactis iurari. Vnde etiam dixit Castrenf. in *dicta l. Prator ait. §. iurari. ff. de iureiuran.* quod si minor super euangelis non iuret, dispositio illius authentica eum non ligat. Facit praeterea ad hoc illud, quod notat Baldus in *l. penultima. §. omnibus. C. de rebus credit.* in dubio illud proprie dici iuramentum cum sacrae scripturae tanguntur, vt voluit Roffred. Beneuentia in *tractatu de libell. prout refert Andreas de Isernia in dicto §. item sacramenta, in titulo de pace iurament. firman.* Et ita requiri huiusmodi iuramentum, cum praestatur a minore, confirmat eodem in loco Afflictus numero 23. Et ideo dixit, quod si minor non tangat scripturas, sed solum iunctis, & extensis simplicibus manibus in caelum respiciat, & dicat; Iuro ad sancta Dei Euangelia, quae scripta video, an illi, §. *item sacramenta*, satisfactum sit? Et satisfactum non esse arbitratur, cum scripturarum (vt diximus) tactus requiratur: Nam alioquin tali iuramento verbali minor non ligatur, vt habetur in *d. l. r. C. si aduers. vendition. & in l. generaliter, & ibi Bald. C. de rebus credit. & est etiam text. in l. 3. in fin. C. si minor se maior dixer. & tenet gloss. in dicta l. 1. §. item sacramenta, in tit. de pace iuram. firman. vbi etiam Andr. & facit text. in l. fin. C. si ex fals. instrument. & gloss. in clementin. ne Romani, super verbo, tactis, de iureiuran. & ita tenet Jacob. Butrig. & Bald. in dicta auth. sacramenta puerum. C. si aduers. vendit. vbi tradit etiam Bart. Prædictis tamen, vt subdit eodem in loco Afflictus, illud ob stare videtur, quod dixit Speculat. in *tit. de iureiuran. §. 1. versic. in summa nota.* dum ait, nihil interesse, siue iuret super Euangelia, siue super reliquias Sanctorum, siue dicatur, promitto in fide mea: quia non solum per increata, sed etiam per quaelibet creata iuratur, vt habetur in *capitulo ad aures, extra quod metus causa, & capit. cum tempore, extra de arbit. & capit. iuramento. 22. questione 5.* Vel si dicatur, sub periculo animae meae, *capit. fraternitatis, extra de frigid. & mlesic.* Deus namque non facit differentiam inter simplicem loquelam, & iuramentum, vt dicitur in *capitulo & si Christus, extra de iureiuran. & si iurari, & facit illud, quod notat Speculat. in tit. de arbit. §. fin. versic. quid si cum adulto.* vbi dixit, quod fidei praestatio est iuramentum. *cap. 2. extra de fideiuss. & habetur in cap. 2. extra de sponsalib. & in dicto cap. ad aures, extra quod met. causa.* Item quia iurare per Deum, idem est ac si iuret per Euangelia. *cap. si aliqua, 22. questione 2.* & iuramentum per salutem Principis, vel per Deum, æquiparatur. *l. si quis maior. C. de trans. action.* Et ideo ob id dicendum videtur, vel scripturas tangere necesse sit. Prædictis tamen eodem in*

loco, numero 29. inquit Afflictus responderi, & primo, quod licet Deus non faciat differentiam inter simplicem loquelam & iuramentum, atamen sanctam Ecclesiam, & civilem legem differentiam facere, nam maior poena imponitur iuranti contra iuramentum, quam contra fidem, vt dixit Speculat. *eisdem in locis, & in capit. querelam, & in cap. debitores. extra de iureiur.* Pariter etiam maiori poena punitur ille qui super crucem consecratam iurando periurus est, quam ille qui super tabulis, vel scripturis iurauerit. *capit. qui periurus, 22. question. 5. & notat Hostiens. in summa de iureiuran. §. quae poena. in fin. prout voluit Andreas de Isernia in dicto §. item sacramenta, in tit. de pace iuram. firman.* Comprobatur dicta conclusio per illud, quod in simili voto dicitur, quod dissolutionem impediatur, & matrimonium dirimat. *l. meminimus, extra qui filii, vel vouentes, simplex vero non dirimat. cap. consuluit, & cap. ius, eodem titulo.* Quibus accedat, quod per iuramentum secundum rem, per quam iuratur, metitur: & ideo quanto sanctius illud est, per quod iuratur, eo maius est iniurandum. *cap. mouet, 22. quest. 1. prout etiam maius est sacrilegium, quando quis percutit clericum in maioribus constitutum, quam in minoribus. cap. 2. 22. quest. 1. & satis ad hoc facit text. in l. 2. & 3. ff. de re milit. & facit illud, quod notat Archidiaconus in cap. felicis, de poenis, in 6.* Vel responderi posse inquit Afflictus ideo quocumque modo iurare satis esse, quia iustus ex fide viuit. *cap. unico. §. quia vero, extra de sacra vnction.* Sed vbi lex vel consuetudo iuramentum in obligatione requirit, lex vel consuetudo est seruanda: & ideo cum lex, vel consuetudo iniurandum in obligatione requirit, lex seu consuetudo seruanda est: & ideo cum in casu nostro lex velit, quod pubes contrahendo tactis Euangelis iurare teneatur, alioquin iureiurando non obligetur: consuetudo autem velit, vt tactis scripturis quis iurare teneatur, merito per consuetudinem iuri derogatum videtur, quo disponitur super euangelia iurari oportere: Nam in eo casu tam lex, quam consuetudo vult, scripturas tangendas esse: & ideo concludendum arbitratur, vt ad hoc, quod ipsa auth. locum habeat, scripturae tangi debent ab ipso pubere, cum iurat, licet Canonistae contrarium verius arbitrentur, vt dixit Imola in *l. penult. C. de reb. credit.* qui potius dicit contrarium, dum vult delato iuramento posse aliter iurari, quam tactis scripturis. Vnde primam opinionem magis probat Alciat. dum *ibi* quaerit, quid dicendum sit, si pars adiecta aliqua exceptione, vel aliquo non solito, an ea forma seruanda sit? & putat Alciat. seruandam non esse, *arg. l. 3. & seq. ff. de iureiur.* cum talis forma solita non sit. Vnde est, vt multi arbitrentur, tunc vera iuramenta praestari, si consueta, & solita forma attendatur, vt dixit Bald. in *cap. 1. §. item sacramenta, in tit. de pace iuram. firman.*

C A P. XXXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M

Iuramentum minoris super aliquo libro fabularum, aut (vt ipse dicit) romantio praestitum an subsistat, & eum obliget.

S Tante huiusmodi opinione, ¶ vt iuramentum minoris requirit scripturarum tactum, quaerit Cyn. in *d. auth. sacramenta puerum, num. 6. C. si aduers.*

vend. si fortasse minor iuret super aliquo libro fabularum, seu (vt ipse dicit) Romantiorum, in quo credebatur esse Euangelium, subsistat, & eum obliget, nec ne? Et inquit nonnullos in hac dubitatione veritatem opinioni præferendam esse existimasse, & ideo non subsistat, nec eum obliget. At Iac. de Ratione contrariū censuisse, vt scilicet opinio veritati præferatur, & ideo subsistat & actum confirmet, cuius Iac. opinioni adheret Cyn. ea ratione, quod ille qui iurat non respicit ad illa folia & cartas in eo existentes, sed animum & mentem in Deum dirigat. Et ideo velle ipsum Iacob. vt iurans tali iuramento adstringatur, de quo in d. authent. sacramenta puberum. Comprobat hanc suam opinionem per tex. in l. qui a tutore reliquit. vbi, qui a tutore reliquit a pupillo relinquere intelligitur. Dicitur enim ibi: pone, quod mater reliquit ab eo, quem credebatur tutorem, & reuera non erat. l. tamen dicit videri a pupillo relinquere. Ergo, &c. vt est tex. in l. peto. §. mater. ff. de legat. 2. Subdit tamen Petr. contrarium tenere, & ita suam intentionem probare sicut sacramentum excludit minorem, ita & dolus dicentis se maiorem eum excludit. l. 1. C. si minor se maior dixerit. Modo sic, pone quod minor dixerit se maiorem, aduersario sciente: vtiq; tunc eum non excludit, cum vere eum non decipiat, arg. l. de tutela. ff. de integ. rest. Pariter ergo inferendo ad casum nostrū, si aduersarius sciat librum illum euangelia non continere, vt iuramentum illud valeat, & teneat, dicendum est. Comprobat præterea suam intentionem hoc argumento, prout de iuramentis substantia, vt tactis euangeliis præstetur esse intelligitur, & deesse, & substantia furti est, vt res inuito domino contractetur. l. 1. ff. de fur. Modo sic: credidit quispiam rem domino inuito contractare, dominus tamen voluit, & ideo dicit lex, quod licet furtum fiat, fur tamen quo ad remedium iuris civilis non obligatur. l. inter omnes. §. fin. vnde pariter, qui huiusmodi libro iurat licet quo ad Deum obligetur, quo tamen ad iuris remedium non obligari. Nec inquit obstat, quod quis super illis chartis, & membranis iurare non intelligatur, sed per Deum: dicit tamen Petrus his don obstantibus eum quo ad Deum periurum esse, non autem quo ad hoc vt iuris civilis beneficiū amittat. Præterea ad dictum §. mater, respondet verum esse quo ad Dei offensam incurrendam, non secus esse ac si verus euangeliorum liber esset, secus tamen esse quo ad alia.

C A P. XXXVI.

Argumentum constat ex Summario.

S Y M M A R I V M.

I Iuramentum requirit tactum scripturarum, cum lex corporale iuramentum requirit.

Limitatur, ¶ vbiunque lex corporale iuramentum requirit, propterea quod tunc scripturas tangere opus est, alioquin legi factum non esset, vt inquit Abbas in d. rub. extra de iureiuran. & est gloss. in d. clem. 1. in verbo, tacta. extra de heret. & in cap. vt circa, de elect. in 6. & in hoc verba legis seruanda sunt, sicut requirit vt iuret super reliquiis sanctorum, vel super euangeliis: semper enim ea forma, quam lex requirit, seruanda est. c. habemus, 22. quast.

1. & c. hortamur, 3. q. 9. & cap. quoties, 1. q. 7. cum similibus. His tamen illud repugnare videtur, & leuis solemnitas si omittatur, actum non vitiat. l. 1. §. fin. ff. de ventre inspicien. & notatur in l. cum hi. §. si prætor. ff. de tranfact. & tradit Bald. in proem. supra. & notat Bart. in l. si quis ex argentariis. §. si vitium. ff. de eden. vbi etiam tantē consuetudine vt appositio diuini nominis in instrumentis sit de leui solemnitate, & ideo omissa non vitiet: Subdit tamen Alc. in eadem rub. num. 18. à supradicta communi opinione recedendum non esse, quam iterum sequitur Abb. in d. cap. fraternitatis, in fin. extra de test. quæ præterea ea quoque vulgatissima regula confirmatur, quod vbi lex actum qualificatum requirit, ei non satisfacit, nisi ea qualitas interueniat. cap. 1. extra de regula. & l. Fulcinius. §. 1. ff. ex quib. caus. in possess. eat. cum similibus. Non obstat argumentum supra relatum, quia negat Alciat. huiusmodi tactum, leuem esse solemnitatem, quia potius magni effectus dicenda est, ex quo contrahens magis offendere, & contemnere videatur: & grauius est periurium, quanto illud per quod iuratur est magis sanctum, capit. mouet. 22. quastione 1. & tradit Abbas in dicta rubri. extra de iureiurando.

Decimotertio fallit in iuramento delato à parte parti, propterea quod si in eo casu pars vult vt iuret tactis euangeliis vel scripturis, ea iurandi forma seruanda est, vt inquit Ioan. Andr. in d. cap. & si Christus, & tradit gloss. in d. clem. 1. Ratio autem est, quia ille cui defertur iurandum, secundum formam declaratis iurare debet. l. 3. in fin. ff. de iureiuran. si vero pars iurari simpliciter requirat, satis ei factum intelligitur, si simpliciter per Deū, vel eius sancta Euangelia iuret, vt dixit Abb. in d. cap. & si Christus, & voluit Bart. in l. qui per salutem. ff. eod. tit. & ita intelligit Abb. in d. c. & si Christus, & sequitur Anton. Corf. Host. vero dixit, quod si partes iurandi modū non distinguant, si iurandum tactis scripturis præstandum esse, & ita ait in d. cap. & si Christus, & idem notat Bald. in l. p. n. §. fin. C. de reb. cred. si cert. petat. per illum tex. qui potius contrarium dicere videtur, dū vult delato iuramento posse aliter iurari, quam tactis scripturis. Et ideo primam opinionem magis probat Alciat. eodem in loco, ibi, nunquid autem si pars requirat iurari addita aliqua exceptione, vel aliquo non solito debeat. Nam in eo casu, an ea forma seruanda sit, quærit Alciat. & non esse seruandam arbitratur, argumento d. l. 3. & seq. ff. de iureiur. Et ratio est, quia illa forma non est solita, & præsertim quia multi conueniunt, vt eo modo iurandum præstetur: & ideo forma consueta si attendatur satis est, vt dixit Bald. in cap. 1. §. item sacramenta, in tit. de pace iuram. firman.

Decimoquarto fallit vbi consuetudo esset, vt tactis scripturis iuraretur, propterea quod tunc id mutandum non esset. l. minime. ff. de legibus. & id firman recentiores in d. rub. extra de iureiur. & refert ibidem Alciat. in 4. limitat. & facit illud quod dixit gloss. in verbo, tacta, in vlt. part.

Decimoquinto præcedentes limitationes sublimitantur in clericis, propterea quod illi nunquam tactis scripturis iurare tenentur. in d. cap. fin. extra de iurament. calum. & in authen. si iudex. C. de episcop. & cleric. & est tex. in c. si quis presbyter, & in c. testimonium, 11. q. 1. & tradit Alciat. in d. rub. extra de iureiuran. Vbi tamen inquit obstat text. in cap. quoties cordis,

sordis, 1. quest. 7. versic. vnde iuratus dico. Ratio autem est opinio vulgi, qui manus contaminari arbitrantur, si iurando aliquid tangant, vt dicunt Doctores in d. cap. si quis presbyter. intelligentes illum textum iuxta vulgarium opinionem procedere, & ideo dum præsupponit non dici iuramentum, nisi scripturæ tactus interueniat, non loquatur, vt vere est, sed secundum vulgum, vt ibi tradit Geminianus post alios. Hinc sumpta occasione quærit Alciat. in eadem rub. extra de iureiur. An in casibus, in quibus iureiurando scripturas tangere necesse est, si fortasse à notario simpliciter scriptum reperiat quempiam iurasse: an vt tactus scripturarum interuenit præsumendum sit? Et inquit Imola in consil. 56. in causa, voluisse præsumendum esse, propterea quod illud vis illius verbi, iurauit, inferre videtur: & ideo huiusmodi solemnitas tanquam intrinseca interuenisse præsumitur, vt habetur in l. sciendum. ff. de verborum obligationib. Quod tamen argumentum, si pars sit præsens, contra quam testis producitur, locum habere arbitratur: alioquin cum verbum, iurauit, de simplici iuramento intelligi possit, de eo intelligendum esset, & facienda interpretatio contra eum, qui in iuramento se fundat, vt habetur in cap. in presentia, extra de probat. & in l. veteribus. C. de pact. Subdit tamen eodem in loco Alciat. numero 20. tres casus excipi posse. Primus est, quando in actis scriptum apparet, quod præsentem iudicem, vel partibus testis iurauit: tunc enim propter iudicis præsentiam, & partis taciturnitatem omnia solemniter acta præsumuntur, vt dixit Ioan. Andr. in additione ad Speculat. in tit. de testibus. §. sequitur. versic. & nota. & Anton. Burri. Abbas & alii in dicto cap. fraternitatis, in fin. extra de testibus, & Alexand. in l. nam postea. §. primo. ff. eod. cum concordantib. Secundus casus est, quando notarius scripsit, Titius fortasse, vel alius iurauit, &c. Nam illa dictio, &c. ea includit, quæ de natura sunt & substantia actus, vt tradit Bart. in l. Gal-lus. §. idem credendum. ff. de liber. & posthum. & in hoc casu Imolæ decisio substinetur. Tertius casus est, stante consuetudine, quod Notarius ita scribat, vt est plerisque in locis: nam tunc arguendo à generali consuetudine, ea seruata præsumuntur, quæ seruari debent, vt inquit Bald. in l. final. in fin. C. si ex fals. instrum. & hoc probat eodem in loco Alciatus & ita inquit seruari in practica, & ita intelligi posse illud, quod notat idem Abbas in cap. 2. in tit. Quid sit inuestit. Est tamen adnotandum plerisque in locis etiam, quod scripturæ, vel euangelia non tangantur, notarios in actis, scripturis manu tactis vel euangelis dicere solere, id quod non recte factum censo, cum dum ad actus confirmationem iusiurandum apponunt, in primis mentiri incipiant, & in periurium, vel saltem in mendacium incidant, id quod si fortasse quæreretur, acta nulla reddere posset, vti non interuenientibus requisitis.

C A P. XXXVII.

Argumentum constat ex Sum-mario.

S V M M A R I V M.

Iuramentum, an requirat tactum scripturarum.

Redeundo autem ad illud, quod supra de tactu scripturarum dicebamus, animaduertendum est, ¶ illum interuenire debere, nonnullos voluisse, vt inquit Franciscus Marc. in quest. 674. num. 4. per ea quæ dixit gloss. in clementin. 1. §. porro. super verbo, tacta, de heretic. & per gloss. in Authen. iusiurandum, quod præstat in princ. collation. 2. quæ vult, vt tactus scripturæ semper requiratur, & in cap. 1. §. item iuramenti, in tit. de pace iuramen. firman. Et ideo ibidem, num. 11. vt supra etiam diximus, concludit, vt ibi fit mentio iuramenti, seu ad actum aliquem ex iuris necessitate iusiurandum accedere debet, vt euangelia tangantur, vel aliæ scripturæ, opus esse. cap. ad abolendam. §. statuimus, extra de heretic. & est text. in cap. venerabilibus. de sentent. excommunic. lib. 6. & Innocent. & Panormit. in cap. & si Christus, extra de iureiuran. vbi Bald. & Panormit. & gloss. in d. Authen. iusiurandum, quod præstat. in princ. col. 2. & iterum Bald. in l. iusiurandum. C. de testib. & in d. auth. sacramenta puerum. C. si aduers. vendit. & in d. clement. 1. extra de heret. & in cap. 1. §. ad locum, super verbo, manibus, extra de elect. Præterea quod iusiurandum requirat tactum scripturarum, voluit etiam Anton. Gabriel. in lib. 2. in tit. de minoribus, conclus. 50. num. 25. concludens iusiurandum, vt aliquid efficiat, tactum scripturarum requirere, vt voluit Ioan. Andr. in d. cap. & si Christus, col. 2. versic. in iuramentis autem, extra de iureiuran. & Archidiaconus. in d. cap. vt circa, col. 4. in verbo, præfatio, de election. lib. 6. & Abb. quem supra retulimus, d. cap. & si Christus, col. penult. versic. ideo quero, extra de iureiur. post Innocent. ibi, col. penult. versic. iuramentis tamen, & Hostien. in 3. col. versic. in iuramentis vero, & Ant. à Butr. col. 2. in fin. versic. iuramentis autem, & Bald. in cap. 1. §. si à domino, col. 1. in fin. versic. nota quod in iuramento, in tit. Quid sit inuestit. & in cap. 1. §. item sacramenta, col. 2. versic. quæritur, vtrum sacramentum, in tit. de pace iuram. firman. & Abb. in c. fraternitatis, col. fin. versic. & aduerse qualiter, extra de testib. & Bald. in repetit. l. 2. col. 20. versic. sed quid si tactis. ff. de iureiuran. & Specul. in tit. de teste. §. sequitur, versic. & ita, vbi etiam Ioan. Andr. & in addit. ad Bal. in l. generaliter. §. fin. C. de reb. cred. & in l. fin. in fin. C. si ex falsis instrum. & Abb. in cap. fin. in 1. notab. extra de iuram. calum. & Cassan. in consil. 39. col. 20. & Card. in clem. 1. §. porro, in 3. q. extra de heret. Ruin. vero hac de re loquens in consil. 103. num. 12. vol. 4. & quærens, an iusiurandum tactis euangelis, aliisve scripturis deferendum sit, inquit cum supradictis concludendo hoc modo. Aut iusiurandum ex necessitate defertur, vt est iusiurandum solemne, quod de iure defertur, vt puta testi, vel iuramentum calumniæ, vel ex fortuna statuti: & tunc tactis sacrosanctis euangelis præstandum est. cap. quoties cordis oculis, 1. quest. 7. & c. testimonium, 11. quest. 1. & tradit Host. & cum sequuntur alii, in d. c. & si Christus, extra de iureiur. & Paul. Castrensis. in l. iurari, in princ. eod. tit. Nisi fortasse eo in loco, vt super aliis libris præstetur, consuetudo inoleuerit, tunc enim consuetudini standum est, vt inquit Abb. in d. cap. & si Christus, per text. in cap. fin. extra de consuet. Si vero iusiurandum voluntarie defertur à parte parti, & si super alio libro iuretur satis est, & ratio est, quia mēs & animus ad euangelia dirigitur, vt inquit gloss. in d. Authen. iusiurandum, in princ. in ver. quatuor, quæ etiam vltius vult si consuetudo ita interpretetur. Præterea de consuetudine idem dicit gloss. in d. clement. 1. de heret. & Paul. Castrensis. & Alex. in d. l. iurari, cum

aliis concordantibus de quibus ibi per eum. Quando ergo de consuetudine iuratur tactis aliis scripturis, huiusmodi consuetudini standū est, vt diximus: Quinimo si minor se maiorem iurauerit, non tactis scripturis, sed verbis tantum, sufficit tale iuramentum ad hoc, vt deinde se minorem probare non possit, sed minor tantum ætas probari tunc potest per instrumentum. *l. si alterius, vbi gloss. & alii tradunt. C. si minor se maior dixerit.* Si vero se maiorem dixerit iuramento corporeo præstito, an non solum à beneficio restitutionis in integrum excludatur, sed etiā à iure dicendi contractum nullum ex defectu solemnitatis è statuto requisitæ, vt se minorem ad hoc, vt possit de dicta nullitate dicere, probare possit, dicendum videtur, vt dixit Ioan. Andr. *ad Specul. in tit. de sent. §. vt autem in princ. qui refert Nicol. de Mat. ta. quem sequitur, & dicit disputando tenuisse in eo casu minorem tantummodo à beneficio restitutionis in integrum exclusam esse, per text. in d. l. si alterius. C. si minor se maior dixerit, non autem à facultate dicendi instrumentum nullum, de qua prædicta lex non loquitur, & idem voluit etiam Castr. in d. l. si alterius, quam legit cum præcedenti. & cum hac opinione transit etiam Ludouic. Rom. in consil. 12. viso factō proposito. Verum quod ad hoc videas ea, quæ refert Ruin. ibidem num. 13.*

C A P. XXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum non requirere tactum euangeliorum, vel aliarum scripturarum.

1 **C**ontrariam vero opinionem, † vt tangere euangelia, vel alias scripturas, necesse non sit, tenet Afflic. *in d. l. 1. §. item sacramenta. in tit. de pace iurament. firmand. num. 20.* & ita inquit consuetudinem obseruare: ita vt quilibet scripturam tangere satis sit, vt habetur *in d. clement. 1. & est gloss. in d. cap. vt circa, de election. lib. 6. & Imola in cap. cum contingat, extra de iureiuran.* Et ideo inquit eam consuetudinem seruandam esse, vt inquit Bald. *in dicto §. item sacramenta*, dum vult, vt ea consuetudo, quæ formam dat, seruanda sit; alioquin quid ea spreta sit corruere, & ideo videmus Notarios conficientes instrumenta super scriptura ipsorum instrumentorum iusiurandum partibus dare. Idem quoque dixit Didacus Couarruuias *in rub. de pact. lib. 6. constitut. secunda incipiente, quamuis pactum. §. 1. num. 1.* vbi concludit iuramentum super re sacra, vel super sacris scripturis, fieri opus non esse, prout communiter concludunt Doctores *in rub. extra de iureiuran. & ibi tradit Alciat. asserens, hanc esse communem opinionem.* Item quod tactus cuiuslibet scripturæ sufficiat, tradit Ifernā & alii *in constitut. regni, lib. 1. tit. 101. de fide nobilium & ignobilium, super declaratione debiti facienda, linea 54. fol. 120. in addit.* dum vult scripturarum tactum sufficere: & si dicat, quod in honestis & magnis viris verbis tantum iurare sufficiat, propterea quod & illud quoque sacramentum dicitur. *h. 3. C. si quis alteri, vel sibi.* Idem quoque quod verba non sufficiant, sed scripturarum tactus requiratur, voluit Bald. *in d. authent. sacramenta puerum, num. 7. & 8. vbi etiam Salycet. num. 6. C. si aduers. vendit.*

C A P. XXXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum, an solis verbis inducatur sine tactu scripturarum.

1 **A**lia fuit conclusio, † an iusiurandum solis verbis etiam sine scripturarum tactu inducatur: in qua Alciatus *in rubric. extra de iureiuran. num. 17. versic. quarit successiue Abbas.* sequendo ipsum Abbat. inquit in ipso iureiurando scripturas tangere necesse non esse, vt patet ex ipsa iurandi definitione, in qua vt scripturæ tangi debeant, mentio non fit, & de hoc inquit esse text. *in cap. & si Christus, extra de iureiuran.* Vbi simplicia verba, vtputa in veritate, & similia iusiurandum inducunt, & cum ea opinione inquit transire Doct. *ibi*, & si in contrarium videatur vrgere text. *in cap. si quis presbyter, 3. quæst. 4. vbi quando per sacram, vtputa per consecrationem affirmatur: quia scripturæ non tanguntur, iuramentum esse non dicitur: & si talis promissio iuramenti vice fungatur. Vnde apparet quod licet verba aliam iuramentum inferant, requirit tamen vt scripturæ tangantur. In contrarium non leuiter vrget illud, quod notat Alexan. in d. l. si quis maior, in fin. C. de transact. dum inquit, tunc vere esse iusiurandum, cum scripturæ tanguntur, & si illa promissio, cum scripturæ non tanguntur, præstatio fidei tantummodo dicatur, argumento l. penul. in fin. C. de reb. credit. & ita inquit tenere omnes. Quæ quidem Alexandri declaratio, vt inquit Alciat. *ibi*, dictis Doctorum eodem in loco repugnare dicitur, & infra subdit responderi text. *in dicto cap. si quis presbyter.* Et ideo subistere communem opinionem, vt iuramento scripturas tangere necesse non sit. Illi enim, qui volunt solis verbis iusiurandum præstari, satis esse ea ratione mouentur, quod Deum mediatorem reddit, ex quo iurans non solum homini, sed etiam Deo obligatur, vt dixit gloss. *in 22. quæst. 1. in princ. & ad eius obseruantiam præcise obstringitur, vt dixit Matthesil. in notabili 54. & Doctores in cap. ad nostram, extra de iureiuran. & in l. 1. ff. eodem tit. & Afflic. in decis. 263. num. 3.* Periurio autem Deus immediate offenditur: & ideo vt sola verba sufficiant, dicendum videtur, cum iuramentum in Deum dirigatur, qui præsens est, & pro absente recipere dicitur. *l. properandum. §. si autem reus. C. de iudic. & est gloss. notabilis in d. cap. quoties cordis, 1. quæst. 7. quam Roman. Alexand. & Iaf. & alii sequuntur in l. stipulatio. §. alteri. ff. de verborum obligat. & Butrius, Abb. & alii in principio Decretorum, & Ruin. in consil. 180. num. 12. vol. 1.* Et ideo dicitur, inter simplicem loquelam & iuramentum Deus differentiam non constituit. *6. quicunque, 12. quæst. 2. vbi tradit gloss. in verbo, transmisserint, & in cap. iuramenti, 21. quæst. 5. vbi gloss. in verbo, differentiam, & cap. quia Ioannes, 12. quæst. 1. & gloss. in cap. 1. in verbo, pax seruetur, extra de pactis.* vbi omnes aduertunt, sacrorum canonum autoritate pactioem etiam Cæsarei iuris non suffultam efficaciter obligare. Scriptura est enim, quæ de labiis meis procedent, irrita non faciam, *in Psalmo 131. & in cap. & si Christus, extra de iureiuran.* Et ideo dixit Curt. *iun. in consil. 119. num. 3.* autoritate Bart. Bald. Ang. Castr. & Saly. *in d. l. si alterius. C. si minor se maior dixe.* faciendo differentiam, quam etiam facit text. inter iura-*

iuramentum verbis præstitum & corporaliter, vt cum est verbis tantum præstitum, tollat in integrum restitutionem, nisi minor ætas probetur per instrumentum: si vero corporaliter præstetur, penitus ipsa tollat in integrum restitutionem, etiam quod minorem ætatem per instrumentum probare vellet, & tradit Socin. iun. in conf. 3. num. 27. vol. 2. & Alber. de Rosate in d. l. si alterius. C. si minor se maio. dixer. & Bart. in l. qui per salutem. ff. de iureiur. Præterea quod satis sit, si iuramentum verbis præstetur, comprobatur ex iis, quæ dixit Panorm. in 2. quest. si ante statuto condito, num. 6. dum inquit iuramentum principaliter dirigi in Deum, & ei principalem acquiri obligationem, vt ibi latius per eum. Huius conclusionis, an sufficiat iurare iurare, vel Evangelia seu alias scripturas tangere opus sit, tradit late Barba. in rub. extra de iureiur. an. col. 2. referendo iura, quæ simpliciter iurare satis esse ostendunt.

C A P. XL.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramentum etiam quod tactis scripturis interponatur, attamen verba requirit.

Mittendum etiam non est, quod licet iusiurandum, vt vsus & consuetudo inoleuit, scripturas tangendo præstetur; verba tamen adhuc requiruntur, vt inquit Lancel. Galiula in l. 1. num. 81. & 82. ff. de verb. oblig. autoritate Castren. ibi, dum inquit, nõ sufficere, cum iusiurandum defertur, scripturas manu tangere, nisi dicatur, & ita iuro; Licet communiter feruetur contrarium, & male, vt ipse arbitratur; & ideo inquit posse quemlibet à periurio excusari, si loquutum non fuisse probetur; Id quod ultra alios ex eo cum probatur, quod dixit Cardin. Floren. in c. 7. extra de spons. quem sequitur ibi Cardin. Alexandrinus, quod siue iures per fidem tuam, siue ad Sancta Dei Evangelia. licet vtroque modo iuramentum inducatur, attamen quo ad pœnam periurii, vtputa in clerico depositionis à beneficio, vt habetur in c. querelam, extra de iureiur. nunquam in eã incidere dicitur, nisi in iuramento verbum, iuro, expresserit. Præterea, quod in iureiurando requirantur verba, voluit etiam Rom. in d. l. 1. ff. de verb. oblig. & Castren. in l. item quia ff. de pact. & Guliel. Bar. Bal. Salyc. Alberi. & Fulgo. qui dicit omnes ita tenere, in l. qui iurare, in princ. ff. de iureiur. & Bar. Ang. & Imola in l. & per iusiurandum, in princ. ff. de acceptilatio. Et pro hac opinione faciunt inter cætera tex. in Authen. de mandat. Princ. §. sed neque. ibi, verbum id est iusiurandum. & in d. c. et si Christus, extra de iureiuran. ibi, sermo vester. & c. & in d. l. & per iusiurandum, & gl. in summa 22. quest. 1. ibi, iuramentum est vox, & c. & in c. iuramenti, 25. questio. 5. Hæc autem opinio in illis, qui loqui possunt, locum habere intelligitur; alias vero fecus, vt voluerunt Aretin. & Alexan. in d. l. 1. ff. de verb. oblig. & Paul. Castren. & Alex. in d. l. qui iurasse. Verum prædictis non obstantibus, Lancelottus ipse Galiula in d. l. 1. num. 82. concludit, in iuramento verba non esse necessaria; dum modo alio modo quod iuuauerit, constare possit, prout voluit Cynus post Iacob. & Petr. in auth. sacramenta puerum, C. si aduers. venditio. & Panorm. in rub. extra de iureiuran. vbi tradit etiam Anton. Corset. in 6. q. in fi. asserens hanc esse magis communem & veriozem

opinionem, & in practica quotidie seruari; & ideo decisionem Cardin. reprobat Panormita. & sequitur ibi Felin. in c. querelam, extra de iureiur. Ad quod facit etiam, quod iuramentum per nuncium vel epistolam præstari potest, vt tradit gl. penult. in c. vt circa, de electio. lib. 6. & an hoc procedat in teste, tradit Bar. in l. qui bona, §. aliena, ff. de damno infecto. & Roman. in singul. 8. & notat Felin. post Panormit. in c. licet ex quadam, col. 1. extra de testamen. Et Bal. nouel. in d. l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. inquit in iuramento, quo ad eius vinculum, verba pro forma non requiri, & ideo satis esse, si ego ad partis voluntatem librum attingam, vel manũ alterius partis perstringam, & si verbum vllum non exprimam, & præsertim si rogatus alterius & interpellatio iuramenti præceda; pata si dixerit, iura mihi quod dabis vel facies; nam in materia iuramenti, cum sit de foro ecclesiastico, c. cum C. laicus, de foro competen. in 6. merito non requiruntur; & ideo vult vt ex pacto nudo quis nisi possit citra stipulationem vllam etiam si sine verbis iuretur, vtputa nutu, vel signis, l. 1. in fi. cum l. sequenti, ff. de pact. & supra latius multa diximus, ad quæ me refero. Præterea hanc eandem conclusionem, cum eadem distinctione sequitur & firmat Alex. in l. qui iurasse, num. 4. ff. de iureiur. addens prædictis contra ea, quæ supra diximus: vt ille quoque, qui loqui non potest, testis esse possit, etiam quod testis omnino iurare teneatur, vt notatur in c. testis, 3. q. 9. & notat Specul. in tit. de teste. §. nunc tractandum, versic. quid de muto. & hanc opinionem sequitur Alex. in l. 1. ff. de verb. oblig. prout etiam voluit Paul. Castren. & Rom. in l. 3. §. iurari, ff. de iureiur. & refert etiam se Alex. in d. l. 1. & tradit Ioan. Faber. in §. mutus, Instit. de inutil. stipul. & in §. testes, Instit. de testam. & Bar. in rub. ff. de iureiur. & Barb. in rub. de iureiur. col. 3. in clem. in versic. de quarto ponis formulas iuramentorum testamenti veteris, vt ibi latius per eum, & dicit hodie iurari per Deum hoc modo, sic me Deus adiuet. d. c. de parentela. 35. q. 6. & tradit late Didac. Couat. in tit. de pact. in 1. parte, in princ. num. 7.

C A P. XLII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iusiurandum, quando corporaliter tactis Euangelis vel aliis scripturis præstandum est, cuius membri tactus requiratur, & an sufficiat cubiti, vel pedis.

Quoniam supra satis late ostendimus in multis casibus, quod dum præstatur iusiurandum, Evangelia vel alias scripturas tangi oportere; hoc loco quo corporis instrumeto tangi debeant, inspiciendum est; & quærendum, an tactus pedum vel cubitorum sufficiat; vt quæsiuit Socin. in c. ex iniuncto, extra de noui oper. nun. & tradit etiam glos. in verbo, corporali, in c. vt circa, de elect. lib. 6. Bal. tale iusiurandum per huiusmodi tactum in d. authen. sacramenta. C. si aduers. vendit. fieri non posse existimauit. Et rursus idem voluit in cap. 1. §. item sacramenta, in tit. de pact. iuramen. firm. & idem rursus voluit glos. in Auth. iusiurandum, quod præstat. ab his, post princ. & glos. in clem. 1. de hæret. & tradunt Doctor. in cap. fin. extra de iuram. calum. & in c. si vero, il. 2. extra de senten. excommun. & tradit Afflict. in cap. vnico. §. item sacramenta, in tit. de pace iuram. firm. in vsib. feud. num. 38. vbi vult manibus

omnino tangenda esse: inquit etiam, capite id non licere, & si suprema & dignior pars hominis esse videatur. *vt late tractauit in l. cum in diuersis, num. 62. ff. de relig. & sumpt. funer. manu namque sunt tangenda scriptura.* Hæc autem conclusio limitatur in eo, qui manus non habet, & ideo scripturas vel Euangelia manibus tangere non potest, propterea quod in eo casu quouis membro corporeo tangat satis est: cum vt in eo casu corporaliter iuramentum præstetur satis sit. In eo enim, qui manus non habet, cessat omnis vilipendii suspicio, & neglectus opinio: Et ideo dixit Alber. à Rosate *in d. auth. sacramenta puberum, num. 4. C. si aduers. vendit. ei, qui manus habet, non licere pede, vel cubito tangere.*

C A P. XLII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum cum osculo, quando interuenire debeat.

Voluit etiam Iulius Ferretus *in tract. de feris & induciis militaribus, de treg. & pace, n. 15.* in confessione & reformatione pacis, † iuramentum cum osculo interponendum esse, tactuque manus dextræ ab vtraque parte: Qui actus sunt testes fidei ac pacis pignora. *c. fundamenta, vbi tradit Ioan. Andr. de elect. in 6. & tradit Lucas de Penna in l. 1. C. de aquaduc. & idem voluit Nicol. Moro. in tract. de fide, treg. & pace, quest. 7. num. 5.* dicit tamen alium iurandi modum plerisque in locis in vsu esse, vt scilicet super altare sancti Antonii iusiurandum præstetur, & illud iusiurandum timendum ac tremendum appellari. *l. generaliter. C. de iureiur. & c. habemus. 22. quest. 1. & tradit Bal. in c. 1. §. item sacramenta, num. 4. eod. tit. de noua forma fidelit. & Aymon. Crauet. in consil. 198. & ponit Maranta in suo tract. ord. iudic. par. 6.*

C A P. XLIII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum seruare, an Iudæi compelli possint à iudice ecclesiastico.
- 2 Insinuatio in donatione Iudæorum, an iuramento remissa dicatur.

Quando † Iudæus donat Christiano, vel econtra Christianus, teneatur iusiurandum seruare. quærit August. Berous *in rub. extra de constitutio. num. 195. vers. At quando Iudæus, extra de constitutio.* Et concludendo dixit quod si Iudæus donet Christiano, vel econtra Christianus, tale iuramentum seruare tenetur: & rationem esse ait, quia ipse & eius anima quo ad iuramentum canoni subiectus esse dicitur, & ideo insinuatio iuramento remissa non dicatur: quando quidem *predicto num. 195.* cum quæreret, an per iusiurandum in donatione facta Iudæo appositum insinuatio remissa intelligatur. Quæ de re licet Berous dicat, an inter Christianos remittat, litem adhuc sub iudice esse: quia Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de instrum. edit. in §. porro, in additione magna, † voluerit insinuationem remissam censeri: at tamen Bal. in l. illud. C. de sacrosanct. ecclesi. contrarium tenuit, & eam opinionem esse communem dixit Barbat. in consil. 16. col. 10. vol. 2. in consil.*

52. vol. 4. & inter consilia Curt. sen. in consil. 66. in fi. & idem dixit Calcaneus in consil. 19. in fin. vbi etiam refert Prosdocim. idem attestantem in c. cum contingat, extra de iureiur. Contraria tamen conclusio, quod imo iuramento donatio non insinuata confirmetur, magis communis fit, frequentioribus calculis receptum est, quod iusiurandum insinuationis defectum suppleat. Nam vltra Ioan. Andr. *in loco paulo ante relato esse communem opinionem omnium fere Canonistarum dixit Corn. in consil. 221. vol. 1. & in consil. 186. litera H. vol. 2. quem refert Rub. Alexan. in consil. 59. n. 2. & Paris. in consil. 33. num. 45. vol. 3. & Socin. in consil. 77. in fi. lib. 1. & in consil. 80. num. 11. eod. vol. quem refert Decius in consil. 536. num. 14. & Bertran. in consil. 22. num. 5. vol. 1. & in consil. 120. num. 6. & seq. vol. 6. & Ruin. in consil. 51. n. 18. volum. 1. & dixit iterum Corn. in consil. 36. vol. 3. ita communiter, & præsertim à Canonistis teneri, quod asserit etiam in consil. 69. volum. 2. & hanc vltra prædictos communem esse opinionem attestatur Claud. in l. nemo, num. 21. ff. de leg. 1. & Ioan. Campegius in d. l. nemo potest, quem refert Bertran. in consil. 30. post num. 1. vol. 6. & prædictos refert tenendo hanc conclusionem Iulius Clarus. *in §. donatio, in 18. quest. & eam quam pluribus auctoritatibus refert, ad quem quatenus pertinet ad hunc locum, me refero, latius de hac conclusione infra suo loco tractaturus.* Verum quatenus pertinet ad rem propositam, Paulus Castren. de donatione facta Iudæo ab altero Iudæo loquens, vt refert eodem in loco Berous, vt iuramento insinuatio remissa non sit existimauit: secus vero si Iudæus Christiano, vel econtra donet. Huius autem decisionis eam esse rationem arbitratur, quod huiusmodi remissio à iuris canonici dispositione procedat: quæ quidem plurimam vim iuramento tribuit, vt illi fatetur, qui hanc partem tueri conantur: sed inter ipsos Iudæos ecclesia & canones de ipsorum Iudæorum iusiurandis non curant, propterea quod quo ad ecclesiam Iudæi & ipsorum animæ non sunt in consideratione: quia de iis, quæ foris sunt, ecclesia non curat. Ergo donatio facta à Iudæo alteri Iudæo non insinuata, iureiurando non validatur. At vero si Iudæus iuret Christiano, vel econtra Christianus Iudæo, tenentur iusiurandum obseruare, propterea ipse & eius anima quo ad iusiurandum canonibus subiectus esse dicitur: & ideo iuramento insinuatio non dicatur. Verum subdit Berous huic Castr. opinioni repugnare illud, quod supra dictum fuit post Abb. Inn. & alios, quod scilicet Iudæi canonibus subiecti dicuntur, quando legem diuinam transgredierentur, cum ad illos obseruandos à Iudice ecclesiastico compelli possint, & ideo cum iusiurandum diuinum vinculum dicatur, quo quis Deo & legi diuinæ obligatur, vt habetur *in c. magna, extra de voto, & in c. si & Christus, extra de iureiur.* Ergo quo ad ipsam iusiurandi obseruantiam Iudæi canonibus subiecti dicuntur: & ideo ex consequenti iuramento in donatione inter Iudæos appposito insinuatio remissa dici debet: Id enim in dispositione iuris canonici fundatum est. Verum substineri contrariam opinionem ex eo forte arbitratur Augustinus Berous, distinguendo an iusiurandum inter solos Iudæos præstitum sit: & tunc illud procedat, quod inquit de insinuatione non remissa paulo ante Castrensis: aliud vero sit, si inter Iudæum & Christianum interponatur, propterea quod tunc ratione iuramenti insinuatio remissa intelligatur,*

telligatur, ne Iudæus Christiano melioris conditionis sit. Vel secundo loco dicit Berous, quod iusurandum immediate obseruare, est de iure diuino: sed quod iuramento contractus nullus vel alioquin inualidus confirmetur roburue accipiat, dicitur immediate à iure positio introductum. *c. cum contingat, extra de iureiur. & c. quamuis, de pact. lib. 6. & c. licet mulieres, de iureiur. eod. lib. 6.* Merito mirum non est si iuramento in donatione inter solos Iudæos facta appposito, insinuatio remissa non dicitur, & sic tunc ius canonicum effectum non habeat. His sic stantibus, subdit nõ obstat *tex. in d. c. 2. extra de iuda.* Vbi ex cursu temporis etiam aduersus Christianos Iudæi ius acquirere possunt, quia responderet *tex. illum* procedere, quando Christiani, hoc est filii colonorum ascriptorum, bona fide lōgo tempore acquirere possunt ius coloniarum: secus vero si cum mala fide vellet ab initio tale ius acquirere, & eo modo illum *text.* euitari posse responderet Berous. Verum posset etiam fortasse dici, quod cum de iure iusurandum suppleat insinuationem, vt supra diximus, illud ius quod in vsu est in eo loco, vbi contractus celebratur, seruandum sit, quasi talis contractus liget etiam Iudæos tanquam ibi contrahentes, prout etiam alios alienæ regionis comprehenderet, vt de statutis illorum locorum, vbi sita sunt bona, dici solet, vt dixit Bal. in *l. arrogator, col. antepen. versic. facit ad plures questio. ff. de adoptio. & Bart. Soc. in consil. 288. num. 1. cum sequen. vol. 2. & Alex. in consil. 128. num. 1. vol. 1. & Corn. in consil. 202. num. 11. volum. 2. & in consil. 162. num. 5. vol. 3. & Paris. in consil. 53. num. 84. cum sequen. vol. 3. & Crauet. in consil. 30. num. 3. & Socin. in consil. 12. num. 3. vol. 3. & Ioan. de Amic. in consil. 73. num. 3. & Ias. in consil. 163. vol. 2. & in consil. 80. num. 2. & 3. vol. 3. & Cagnol. in *l. fin. num. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. & in *l. fin. num. 104. c. de pact. & Siluan. in consil. 40. num. 34. & Capra in consil. 42. num. 6. 7. & 8. & Gozad. in consil. 49. num. 7. & Grat. in consil. 21. num. 30. vol. 1. & Curt. iun. in consil. 9. num. 1. & 2. & Alex. in consil. 111. num. 5. vol. 7. & Ant. Gab. in tract. commun. opin. conclus. 8. in tit. de statutis; in verbo, statuto, in 5 limitatione, nu. 3.* Et quod statuta loci, in quo res est, inspicienda sint, tradit etiam Tiraquel. in tract. de vtroque retract. in tit. de retract. ligniagier. §. 1. gl. 1. num. 2. Et id eo magis dicendum est in terminis nostris, cum illud sit satis clarum, quod statutum loci in quo iudicium agitur, seruandum sit etiam respectu forensium, & præsertim in his quæ respiciunt ordinem & formam iudiciorum & obligationum, vt inquit Hippol. Marf. in *l. fin. num. 59. ff. de iurisd. omn. iudic.* Cum igitur, redeundo ad casum nostrum, secundum formam iuris & magis communem opinionem, insinuatio tollatur, videntur etiam Iudæi iurando se ad obseruantiam astrinxisse, per supradicta.**

Præterea quod iusurandum obliget Iudæos tradit Abb. in *consil. 39. n. 2. vol. 1.* dum inquit, Iudæos quoque ideo obligari, quia iuramentum est de iure diuino, & obligat etiam ex dispositione veteris testamenti, iuxta illud, Redde Domino iuramēta tua, vt habetur in *c. & si Christus, extra de iureiur.* Lex enim Mosaica Iudæos etiam astringit & obligat, vt habetur in *cap. gaudemus, extra de diuortis.* Et ideo ad eam seruandam in naturalibus à Romano Pontifice cõpelli possunt, vt notat Innoc. in *c. quod super his, extra de voto. & facit ad prædicta tex. in c. mouet, 22. q. 1.* Illud tamen hac de re omittendum non est, quod dixit

Ludou. Rom. in *consil. 155. n. 8.* dum vult, vt differat, an apponant iusurandum secundū legem Mosaicam, vel Christianam. & dum dubitatur, an cogi possint ad obseruandum iusurandum, quod secundum legem Mosaicam obseruarunt. & dicit compellēdos esse prima fronte dicendum videri, vt videtur *tex. in l. Iudæi Romano iure. C. de Iudæ. & in c. Iudæi, extra eod. tit. & in c. queritur. 1. q. 1.* Verum contrarium concludit, quia iuramentum est inductum propter periculum interitus animæ, vt in *cap. si vero, & in c. cum contingat, extra de iureiuran.* Vnde cum in Iudæo hoc locum non habeat, qui est perditus, vt habetur in *c. ita quorundam, extra de Iudæis.* Ergo, Accedat etiam quod Papa Hæbreos non compellit ad illa, quæ animarum salutem respiciunt. *c. qui sincera, & c. de Iudæis. 45. distinct.* Vnde est, vt dicatur, cõstitutionibus canonicis non ligari illos, qui ecclesiæ subditi non sunt, vt de Iudæis dicitur in *d. c. gaudemus, extra de diuortis. & c. multi. 2. q. 1. & facit illud, quod notatur in c. 1. de vsucap. lib. 6. & etiam in clemen.* Patet ex prædictis hac de re Doctores inter se certare, & varias esse opiniones. De hoc consilio Romani meminit Ioan. Maria. Rimin. in *consil. 140. num. 38. vol. 1.* Vnde etiam infert Iudæo opus non esse absolutionem à iuramento petere, cum de iure ciuili tale iuramentum contemni possit, vt ibi per eum. Verum vt supra dixi, ex quo Iudæi vtuntur iure Romano & communi omnium aliorum, vt habetur in *l. Iudæi. C. de Iudæ. & notatur in c. ius Quiritum. 1. distinct. & tradit Innoc. in c. quod super iis, extra de voto.* merito arbitraret quod si Notarius conficiat instrumentū, & apponat prout obseruat consuetudo, iuramentum etiam ad sancta Euangelia, illud instrumentum sit exequibile & ad obseruantiam liget Iudæos, & quod vtantur iure communi, cum videamus etiam eos filios in potestate habere, vt notatur in *d. c. ius Quiritum, & in c. Iudæorum. 28. q. 1. & tradit Bal. in l. nam ciuili. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. & Cardin. in clem. 1. de iudic.* Vnde dicit Ioan. de Anania in *c. Iudæi, il 2. extra de Iudæ.* etiam inter eos seruati statuta loci, vt ibi *latius per eum.* Ad illud tamen animaduertendum est, quod dixit Ias. in *l. ait prætor. §. iurari, num. 9. ff. de iureiur.* quia videtur prædictis repugnare, dum inquit Ias. quod licet Bart. constituat differentiam inter iusurandum Hebræi & Saraceni. & *latius idem repetat in l. iusurandum, & ad pecunias. §. ait Prætor. ff. eod. tit. de iureiur.* contrarium tamen verius arbitratur, vt etiam si Saraceni per suum Deum iurent, iusurandum subsistat, vt dixit Salyc. & recentiores in *d. l. ait Prætor. §. iurari. & Ant. Butr. in præm. decret. col. 3.* Hanc tamen decisionem tunc veram esse inquit ibidem Ias. quando Iudæi vel Saraceni circa præterita iurant vel præsentia per Deos suos: secus vero si iurent circa præterita vel præsentia per Deos alienos, quibus ipsi non credunt, vt per Christum, quia tunc in contemptum iurare diceretur, argumento *l. Iudæos. C. de Iudæ. vt etiam dixit Bal. in d. §. iurari. in lect. antiq. & ait Ias. ibidem dixisse post Bart. in rub. ff. de iusti. & iu.* Imo etiam dicit Ias. quod si quis promittat per Deos alienos, tenetur ad obseruantiam, & quod est plus quando etiam iuraret per dæmones, vt est *tex. in c. quamuis, & in c. mouet, 22. q. 1. & tradit Inn. in d. c. si Christus, & Alber. de Rosate in d. §. iurari. & facit tex. in c. sacerdotis, 11. quest. 1. & in c. cum ex iniuncto. extra de hæret. de his & aliis, vide Ias. in d. §. iurari, numero 9. 10. & 11.*

C A P. XLIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iurandi varii sunt modi, & ideo nonnulli reprobantur.

Quoniam retulimus supra nonnullos iurandi modos, † vt eos magis in specie repetamus, & eos qui permittuntur ab iis, qui penitus reprobantur discernamus, satis opportunum erit: Iurant enim quandoque homines per membra Dei: quod quidem iusiurandum blasphemiam continere dicitur, & ideo Nicolaus Boer. *in quest. 301. num. 11.* id inquit ad statutū illud optime facere, quod Deum blasphemanti certam pœnam imponit: Nam huiusmodi statutum etiam contra eos locum habere arbitratur, qui per membra Dei iusiurandum interponunt vt voluit *gl. in c. 2. extra de maledi. vbi voluit etiam Ioan. de Anania per tex. in c. si quis per capillum 22. q. 1. ibi, vel alio modo blasphemiam contra Deum vsus fuit. & idem dixerunt Angel. & Ioan. de Imola in l. in his verbis, §. 1. ff. de hered. instituen. & Alex. in consil. 233. col. 1. vol. 6. & late tradit Didacus Couar. in rub. de pac. in 1. parte, num. 6. dum vult blasphemiam esse iurare per pudenda membra Christi, aut Virginis Mariæ, vt ibi latius ipse tradit.*

C A P. XLV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramentum per capillos Dei reprobatur: Item per caput, per ventrem, vel corpus.

Reprobatur † etiam iusiurandum per capillos Dei interpositum, vel membra Dei, vt inquit Franc. Marci *in quest. 509. num. 6. vol. 1.* addens prædictis pœnam capitis constitutam esse. id quod dixit etiam Hostiens. *in summa de maledix. in versic. blasphemantes autem Deum, num. 5.* dum quærit de eo, qui iurat per caput, per ventrem, vel per corpus, vel per capillum vel capillos. Id autem tūc maxime verum esse arbitratur, si affirmando ita iuret, vt inquit de Burgundionibus & Francigenis, qui iurant per animam Dei: nam in hoc casu inquit pœnam vel statutum pœnam imponens locum non habere: fecus vero si ita detestando vel vituperando quamuis iratus quispiam iurauerit, prout exempli gratia Burgundiones vel Francigenæ, qui per ventrem vel caput, quando ita perciti sunt, iuramentum emittere ac pro ferre solent. Probatur hoc per tex. *in c. si quis per capillum, 22. q. 1. & habetur in Auth. vt non luxuriant contra naturam, collat. 6. & Alex. in l. ait Prator, la prima. §. iurari, num. 6.* pariter dixit, quod si iuret per capillos, vel viscera Christi, tale iuramentum reprobatur, vt habetur *in d. §. 1. in Authen. vt noo luxuriant contra natur. & idem dixit Bart. in d. l. ait Prator. §. iurari, n. 3. ff. de iureiur. & idem voluit Rober. Maran. in suo speculo aureo, in 2. parte, actu 9. num. 22.* dum inquit, si quis iuret per viscera Christi, per ventrem, per capillos, vel alia membra Christi, & præsertim pudenda, huiusmodi iusiurandum blasphemiam appellari, vt dixit Bal. *in l. 2. in si. C. de reb. cred. & Bal. in l. 1. C. si quis impera. maledix. & in l. accusazione, col. 3. C. qui accus. non possunt. & idem firmavit Afflic. in c. vni. c. §. item sacramenta, num. 36. in tit. de pace. iuram. fir-*

*man. & idem voluit Ias. in §. item si quis, num. 60. Instit. de actio. id quod diligenter adnotandum est, vt inquit ibi Ias. pro iis singulis verbis iurare solēt, quasi nihil sine iuramento proferre sciant, vel ita in blasphemias delapsi sunt, & blasphemandi habitum fecerunt, vt nihil sine blasphemiam aliqua proferre sciant: Nam aliter sane de eis dicendum videtur, qui potius ex quadam temeritate: nō autem habitu ita vel iurent, vel blasphemarent. Id autem ideo diligenter adnotandum esse dixit Ias. quia tales ita blasphemantes vel iurantes per mēbra pudenda Christi Virginisue Mariæ, vt diximus, in pœnam capitis incurrunt: sunt enim quædam nationes, quæ huiusmodi iuramēta valde peculiariter habent, vt sunt Perusini, qui iurando dicere solent, *cul de Dio.* Conuenit etiam prædictis iuramentum per creaturas reprobum esse, vt est tex. *in d. c. & si Christus. vbi notat Imola, n. 6. cum seqq. extra de iureiur. & eam assertione, ne honorifica Creatoris ad creaturā transferantur. Vnde est, quod inducta & ordinata ad laudem Dei & sanctorum suorum in laudem creaturarum conuerti non debent: vnde habetur in Apocalipsi, capit. 19. quod Angelus dixit Diuo Ioanni, cum vellet cadere ad pedes eius: Certe ne feceris, conseruus tuus sum. Pariter dixit Imola eodem in loco, n. 7. notandū esse, quod licet per creaturam iurare nō liceat, imo non leuiter peccet qui ita iurat: attamē huiusmodi iusiurandum si alioquin licitum sit, omnino obligare. Vnde notatur, quod iusiurandum inspecto iurandi modo & forma licet illicitum sit, si tamen rem licitam contineat, omnino obligare: & ita declarando contra illud facere videtur, quod notat Bart. *in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & in d. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend.* quatenus dicit, quod si lex vel statutum quempiam contrahere prohibeant, mortaliter peccare eum qui contrahit, ex quo cōtra superioris sui legem facit, *c. 2. extra de maio. & obed.* Addens, quod si in eo casu iuret contractum seruare, non tamen obligetur: etsi aliter dicendum sit, si contractum inuolidum tantummodo reddit personam autem agere non prohibet, & ita declarat tex. *in d. authen. sacramenta puberum. & in d. c. cū contingat. extra de iureiur.* Hanc tamen conclusionem & dictum Imolæ *eo in loco* non probat Francisc. Marci *in d. q. 509. n. 6. vol. 1.* Nam licet quis iurando peccet, si tamen illud propter quod iuratur, licitum est, iusiurandum seruandum est, vt dicitur *in d. c. & si Christus, extra de iureiur. & facit ad hoc, illud quod habetur in c. mouet, 22. quest. 1. vbi habetur, quod si aliquis iurat per demones aliquid facere, quod alioquin licitum sit, etsi ita iurando peccet: iusiurandum tamen seruare tenetur & debet. id quod comprobatur ex iis, quæ habentur in eadem causa & quæstione, in capit. si quis per capillum. Vbi etiā pariter probatur, quod sicut per creaturam iurare non licet, ita etiam per aliquod Christi membrum iurare non licet, quin grauissime iurans peccet, vt ibi probatur, & de hoc alias supra diximus: & an opinio Bart. procedat, tradit idem Imola *in d. c. cū contingat, extra de iureiur.****

C A P. XLVI.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

Iurant monachi per illa verba, crede mihi.

2 *Iurandi variis modi quod valeant, quando iusiurandum deferretur à parte parti.*

Vidimus supra simpliciter de iurante per creaturam, & ideo quæri etiam potest, an huiusmodi iusiurandum obliget, vt puta si iuret per caput proprium, vel per illa verba, crede mihi, vt iurant monachi: † vel si dicatur, Deus sit mihi testis: vel per fidem meam: vel si iuret per verbum veritatis: vel hoc modo, si Deus me adiuuet: vel, ita est in periculo animæ meæ, † & aliis similibus modis vel verbis, de quibus tradit Bal. *in rub. ff. de iureiur. & in c. literis, in col. fin. extra de presumpt. & Ioan. Andr. & Gemin. in c. 1. in princ. col. 2. de sepult. lib. 6. & gl. in c. penul. de iureiur. & in c. si. in gl. si. extra de fideiuss. & Imola in d. c. & si Christus. & Ang. Lud. Roman. & Alex. in d. §. iurari. & posuit Virgilius in persona Ascanii, dum ait.*

Per caput hoc iuro. per quod pater ante solebat.

Id autem intelligendum cum iis, quæ infra dicentur de iis iuramentis, quæ à parte parti deferuntur: Nam in eo casu satis est, si in ea forma, in qua deferuntur impleantur, vt habetur in d. §. iurari. Secus vero de iuramento minoris, quod ad contractus confirmationem interponitur, vt habetur in d. auth. sacramenta puerum. C. si aduers. vendit. & habetur prout ibi dicitur in c. contingit. extra de iureiur. & voluit Bal. in d. auth. sacramenta puerum. col. 2. quæst. 1. Propterea in eo casu per Deum iurare oportet, vel tangendo Euangelia. Et rursus idem voluit Bal. in d. cap. & si Christus, colum. penult. post Innoc. qui ibidem addit huiusmodi iuramenta in teste non sufficere, nec etiam vbi pro solemnitate, vt in iuramento calumniæ, vel vbi ad contractus conualiditatem necessario accedere oportet.

C A P. XLVII.

A R G V M E N T V M.

Iurans Christianus per falsos Deos, an obstringatur.

S V M M A R I A.

- 1 *Iusiurandum per falsos Deos præstitum seruandum est.*
- 2 *Christianus iurans per falsos Deos, illud seruare tenetur.*
- 3 *Iurare per Deos alienos nefas.*

Conuenit prædictis illud, quod dixit Didacus Conarruuias in §. 1. num. 7. de pact. dum quærit, an iusiurandum per falsos † Deos interpositum seruandum sit, nec ne? & inquit vim veri iuramenti quo ad periurium & alios iuris effectus habere. Plane † Christianus iurans per falsos Deos, & si grauissime peccet: illud tamen seruare tenetur, vt notant Innoc. Panorm. & alii in d. c. & si Christus. extra de iureiur. & Alex. in d. l. 3. §. ff. de iureiur. & Io. de Silua. in tract. de iureiur. q. 1. in fi. Comprobat hanc conclusionem illud, quod colligitur ex Diuo Augustino, sermo. 28. de verbis Apostoli, in c. ecce dico. 22. q. 5. dum ait. Ecce dico claritati vestræ: & qui super lapidem falsum iurat, periurus est. Vnde hoc dico? Quia multi etiam in hoc falluntur, & putant, quia nihil est illud, per quod iurant, non teneri crimine periurii. Profsus periurus es, quia per id quod sanctum non putas, falsum iuras: si tu illud sanctum non putas: sanctum puta, cui iuras: Non enim quando iuras, tibi iuras, aut lapidi: sed proximo tuo iuras.

Homini iuras ante lapidē, sed quid nō ante Deum? Non te audit lapis loquentem: sed punit Deus te fallentem. Haftenus Gratianus ex Augustino. Præterea quod per Deos alienos iurare nefas sit, † tradit Lucas de Penna in l. quoties, col. 9. versic. item per Deos alienos. C. de dignita.

C A P. XLVIII.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum Iudæi an per Christum fieri possit.

S V M M A R I A.

- 1 *Iuret Iudæus si fortasse per Christum, an ad obseruationem illius iuramenti cogi possit?*
- 2 *Iudæi per Christum iurare non possunt, iuramento tamen præstito stare coguntur.*
- 3 *Christiani, an iuramentum ab infidelibus recipere possint.*
- 4 *Machabeorum iuramentum in ineunda pace cum Romanis.*
- 5 *Iusiurandum quomodocumq; præstetur, seruandum est.*

In eisdem terminis quæsiuit Marquardus de Sulfannis in suo tract. de Iudæis, & aliis infidelib. c. 8. n. 17. si Iudæus iuret alicui Christiano per Christum, † an illud iusiurandum seruare cogi possit? in hac dubitatione dixit Bart. in 1. constit. ff. col. 2. vers. sed quæro. q. licet Iudæus † per Christum iurare non possit, vt voluit Bar. in l. iusiurandum. §. iurari. ff. de iureiuran. & Bal. in l. non erit. §. Diuus. ff. eod. tit. eidem tamen iuramento parere compelli posse, per ea quæ voluit Innoc. in d. c. & si Christus, extra de iureiur. & voluit etiam Ioan. de Anania in d. c. si. col. 3. vers. de prædict. extra de Iudæ. vbi etiam quærit, † an Christianis iusiurandum ab infidelibus per Deos suos recipere liceat? & inquit posse. Verū quod si Christiani iurent per Deos alienos, vt puta per Mahumettum, vel etiam per Deos Gentilium, vt per Apollinem & Dianam. Itē an possit iurari per Socoth Machabeorum idolum, † per quē in ineunda pace cum Romanis iurarunt, vt habetur in c. mouet te. 22. q. 1. Propterea quod adducitur veritas in testimonium suæ affectionis, & ideo Deo obligatur, & tale iuramentum seruare tenetur, vt dixerunt Innoc. Hostien. in d. c. & si Christus. & ibidem Imola, col. fin. in versic. vnde dicit Innoc. & voluit etiam gl. in verbo. seruandum. dum inquit, qualitercunque † iuret, iuramentum seruandum esse, licet Bar. in d. §. iurari, contrarium teneat: cum ea religio sit apud nos publice improbata. Et etiā Bald. in d. §. Diuus, expresse dicit, quod ita iurando non dicitur iuratum, & huiusmodi iusiurandum religionis vinculum non esse. Verum tamen dicunt magis periculosum esse verum per Deos falsos iurare, quam falsum per Deum verum, vt habetur in d. cap. mouet te. §. veruntamen. 22. q. 1.

C A P. XLIX.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 *Iuramenta varia Iudæorum.*
 - 2 *Iudæus in illis casibus, in quibus testis esse potest contra Christianos, quomodo ab eo præstetur iuramentum.*
- Iurare † autē debent Iudæi in illis casibus, in quibus testes contra Christianos esse possunt, hunc in modum, vt inquit idem Marquardus in suo tract. de Iudæ.

de Iuda & aliis infidelib. c. 5. secunda partis. num. 10. videlicet secundum legem suam: per legem Moysis, vel p Deum, vel p Patrem omnipotentem Sabaoth: vel per Deum qui apparuit Moyfi in rubo: vel per verum Adonai patrem, vel per Deum Eloy, & ipse respondet, iuro. Vel ita, si tu periurus es, vel culpabilis, sis dispersus inter gentes: & moriaris in terra inimicorum tuorum: vel ita, terra te absorbeat, sicut Dathan & Abiron: & respondeat, amen, vt habetur in c. denique 7. q. 1. vel sic, lepra te apprehendat, sicut Naaman Sirum. c. qui studet. 1. q. 1. & tradit Imola in clem. 1. post principium, versic. quaro, quid si Iudæus. ac etiam iuxta formam, quam ponit Spec. in tit. de iuram. calum. §. restat, versic. penul. & latius Ioan. de Anan. in c. nulli Iudæo, col. 4. extra de Iudæ. & notatur in d. c. & si Christus, extra de iureiur. & tradit Bar. in l. iusurandum. §. iurari. ff. de iureiur. & Socin. in consil. 68. frustra. versic. primus quidem effectus, cum sequen. vol. 1. Deuter. c. 28. & notatur in d. c. mouet. 22. q. 1. & 2. q. 5. §. hec autem. Eisigitur iusurandum ad sancta Dei Euangelia, nec per Iesum Christum, in quo non credunt, deferendum est, vt inquit Bar. in d. §. iurari. Vbi etiam dicit, qualiter Saracenus etiam iurare debeat: cum eis res sacras tangere non liceat, vt tradit in loco paulo ante relato.

C A P. L.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum per caput suum & sic per creaturas & alia similia, vt puta per Deos alienos, quando procedant.

Huiusmodi autem iuramenta quoniam simpliciter non procedunt, merito quando effectum producant, inspiciendum est: & ideo illud in primis præmittendum est, iuramenta duplici de causa interponi potissimum consueuisse. Aut enim ille, qui promittit aliquid vel dicit pro validitate actus, vel persuasione quod illum exequetur iurat: & tunc prædicta procedant, & obseruari omnino debeant: si vero sumus in illis casibus, in quibus à iudice deferri debet, aut à patre parti, vel ad confirmationem actus inualidi, vt supra diximus, & infra dicemus: & tunc non operentur, vt dixit Alex. in l. ait Prætor. §. iurari, num. 9. ff. de iureiur. dum inquit, hodie cum defertur iusurandum, vt scilicet quis iuret per caput suum, vel aliter per creaturam, & non per Creatorem, iuste recusari potest, vt est tex. in d. c. & si Christus. At si ita iurari accidat, seruandum est, vt notat etiam Bart. & sequuntur alii in l. qui per salutem. Et ideo in his terminis Matth. Afflict. lib. 3. feudo in tit. de pace iuramento firmanda, in §. item sacramenta, num. 35. querendo si maior iuret per caput suum, vel clericus minor annis 25. per clericam suam, contractum aliquem non impugnare, an tale iusurandum contractum confirmet? & inquit iurantem huiusmodi iuramento non obligari vel ligari, vt voluit etiam Bal. in d. auth. sacramenta puerum. C. si aduers. vendit. vbi inquit idem voluisse Iacob. Butrig. ibi. At in clerico sacros ordines habente, prædictoque modo iurante, d. authen. locum habere, propterea quod huiusmodi ordines in capite maxime consistunt, & ideo perinde esse ac si super altare iuraretur, alioque loco sacro. l. generaliter, in fi. C. de reb. credit. & idem tenere & approbare Imol. in d. cap. cum

contingat. addens prædictis idem vtiq; dicendum esse, si quispiam in minoribus ordinibus constitutus sit: & ibidem idem firmat Matth. Afflict. nu. 37. inquit quod si iuret per membra Dei, iurans ad obseruandum iusurandum omnino obligari, vt est in aliis casibus: licet aliter sit in d. auth. sacramenta puerum, vt firmat gl. in d. §. item sacramenta.

C A P. LI.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum debet fieri in forma delata.

S V M M A R I A.

- 1 Iurans aliter quam sibi deferatur iusurandum, non dicitur iurare.
2 Iurandum ex integro est, cum iuramentum non subsistit.
2 Iuramentum illud maxime dicitur, quod per fidem præstatur.

Traquellus præterea in l. boues. §. hoc sermone, in 1. limitatione, num. 1. ff. de verb. signific. inquit, vbiunque defertur iusurandum, si quis per salutem iuret: cum ita in specie ei delatum non esset, iusurandum interpositum non esse, & ex consequenti iuratum non esse, dicendum esse: & ideo ex integro solemniter iurare oportere. Ad hoc facit etiam, quod licet iusurandum data manu interponi dicatur. c. ad aures. ff. quod met. caus. vbi tradit etiam Abbas, & in cap. cum tempore, extra de arbit. aliisque modis de quibus supra diximus, & quorum meminit Lucas de Penna in l. fin. C. de vend. rer. ciuit. col. 3. lib. 11. & Bal. in c. 1. in tit. de noua forma fidei. & iterum Bal. in d. §. item sacramenta, num. 4. & Cagnol. in l. si quis maior, num. 103. C. de transact. Iusurandum vero tunc dicitur Abbas in c. querelam, extra de iureiur. & tradit gl. in d. c. ad aures, & Lucas de Penna in d. c. fin. & Ioan. Sil. in tract. de iureiur. in 1. part. quest. penul. & Galiula in l. 1. ff. de verb. oblig. At etiam per verbum, credo, vel non credo, vbiunque positioni respondetur, c. 1. de confess. in lib. 6. cumque in hoc casu verbum credo, veritatis expressiuum dicatur, vt inquit Specul. in tit. de respons. §. 6. & Bal. in l. in lege. ff. ad l. Falc. & Corn. in cons. 186. col. 1. vol. 3. at secus si loquamur de testibus, propterea quod ex dispositione ipsorum dictum confirmatur, vt dixit gl. in l. testium. C. de testib. & Curt. iun. in cons. 19. num. 26.

C A P. LII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iusurandum inducitur per illa verba, quibus quis promittit attendere & obseruare.

Iusurandum præterea illis verbis inducitur, quibus quis promittit attendere & obseruare. Nec namque verba iuramentum denotant, vt inquit Iaf. post alios in d. l. si quis minor. C. de transactio. & refert. Ioan. Neuij. in consil. 68. num. 49. & loquitur in inuestitura.

C A P. LIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurare debent tutor & procurator in decisorio iuramento in animam suam.

IN ꝑ decisorio autem iureiurando illud animadu-
uertendum est, quod tutores & procuratores su-
per animam suam iurent: Quandoquidem delu-
sorium esset iusiurandum, quod super animam in-
fantis præstaretur, vt videtur velle Angel. in l. Pra-
tor. §. dato. ff. de iureiuran. vbi tradit etiam Alexan. num.
6. & Ioan. And. in cap. presentium, num. 6. extra de testi-
bus & attestacion. dum vult, vt in decisorio iura-
mento tutor & procurator in animam suam iura-
re debent.

C A P. LIV.

Argumentum est in Summariis.

S Y M M A R I A.

- 1 Iusiurandum sub fide mea, vel ad sancta Dei euange-
lia præstitum, parum inter se differunt.
- 2 Iuramentum sub periculo animæ meæ, vel ad sancta
Dei euangelia, idem est.

Iuramentum ꝑ sub fide iurantis conceptum, vel
ad sancta Dei euangelia, parum aut nihil diffe-
runt: vbi etiam subdit, & refert Alexand. vnum &
idem esse iusiurandum, vt quis promittat ꝑ sub pe-
riculo animæ suæ, vel confraternitatis, vt est text. &
notant Doct. & præsertim Imola in d. cap. & si Christus.
Et dixit Ang. hoc esse notandum, vt supra dixi pro
iis, qui arma profitentur, qui (vulgo dicitur) fidem
suam iurare solent. Præterea quod iuramentum
sub fide dicatur iuramentum, habetur in cap. ad au-
res, extra quod met. caus. & notat gloss. fin. in cap. fin. ex-
tra de fideiussor. & Imola in d. cap. & si Christus. & rur-
sus idem Ioan. And. in cap. cum tempore, extra de ar-
bitr. vbi vult, vt ille qui sub fide sua promittit, &
contra eam venit: pœnas deierantis incurrat, de
quibus loquitur l. si quis maior. C. de transaction. vbi
voluit etiam Alexand. Subdit tamen Alexand. in d.
§. dato, in eo tamen illa duo iuramenta differre di-
cendum esse, vt scilicet quando contrauenerit quis
in casu, in quo iuratum est sub fide, vel ad sancta
Dei euangelia, in eo differant, quod dixit gloss. in
cap. penult. extra de iureiuran. & Archidiacon. in cap. iura-
menti, 2. 2. quæst. 5. & Pom. in d. §. dato. qui addit, quod
si quis iureiurando dixerit: Deus sit mihi testis, iu-
rare videatur, vt supra diximus, per text. cum gloss. in
§. quoniam. in verbo, Deo. in Authent. quibus modis na-
tur. efficit. legit.

C A P. LV.

A R G V M E N T V M.

Iuramenti species est verbum:
Credere mihi, Deus sit mihi testis: Sic
est in veritatis verbo: In anima mea.

S Y M M A R I A.

- 1 Iuramenti etiam species est, si quis forte iurauerit per
illa verba, Credere mihi.
- 2 Iuratur etiam per illa verba, Deus sit mihi testis.
- 3 Iuramenti species est per fidem iurantis, vel sic esse in
verbo veritatis.
- 4 Iuramenti species est, si dicatur, in periculo anima
suæ: & quando huiusmodi iuramenta non suffi-
ciant.

Is, quæ supra diximus, addendum est, prout et-
iam supra de eis mentionem fecimus ad aliud

propositum, si ꝑ iusiurandū interponatur per ver-
ba, crede mihi, vt dixit Ias. in d. l. ait Prator. §. iurari,
num. 2. ff. de iureiur. vt monachi iurare soliti sunt, vt
voluit gloss. in d. §. iurari. Alia quoque iuramenti spe-
cies est, si quis dixerit, ꝑ Deus sit mihi testis: perin-
deque est, ac si quispiam per sancta Dei euangelia
iurauerit, vt est text. & tradit ibi gloss. in verbo, duo, in
Authent. quibus mod. natur. efficit. legit. de quo text. memi-
nit Bald. in rubr. ff. de iureiur. & Ludouic. Roman. & Ale-
xand. in d. §. iurari. Item species iuramenti est, vt sub-
dit Ias. in dicto §. iurari, si dicatur, assero per fidem
meam: ꝑ vel si dixerit, sic est in verbo veritatis, vt
dixit Bald. in cap. literis, col. fin. extra de prescriptio. Pa-
riter etiam si quis dixerit, sic me Deus adiuet.
cap. ego, in fin. & ibi tradit Bald. in vlt. notabili, extra de
iureiuran. Item si dixerit, ꝑ ita est in periculo animæ
meæ, vt dixit Dominicus à sancto Geminiano post
Ioan. And. ibi in cap. 1. col. 2. in princ. col. 2. de sepult. in 6.
Hæc tamen limitat Bald. in d. cap. & si Christus, col. pe-
nult. post Innocent. ibi extra de iureiuran. in iuramento
testibus deferendo, vel vbi iusiurandum pro sole-
mnitate exigeretur, vt de iuramento calumniæ su-
pra dictum est, vel pro validitate contractus, prout
dixit Ias. in d. §. iurari, in princ. referendo Bald. in d. auth.
sacramenta puerum, in 1. quæst.

C A P. LVI.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iuramentum specialem, seu (vt dicunt Doct.) forma-
lem expressionem requirit.

Iuramentum ꝑ præterea specialem, seu (vt dicunt
Doctores) formalem expressionem requirit: &
ideo si ad illud referatur, satis non est, vt inquit Bu-
trius in cap. ab excommunicato, col. 5. extra de rescript.
per text. in cap. clericus, quod est penult. extra de iureiur-
rando. Id, quod refert & sequitur Socin. in consil. 99. Se-
renissimus Rex, & c. col. 3. vol. 3.

C A P. LVII.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iuramentum Iudæorum pactum de succedendo, quod
alioquin iureiurando confirmatur, non conua-
lidat.

Omittendum non est, & si locus suus non vi-
deatur, ꝑ Iuramentum Iudæorum pactum de
succedendo, quod alioquin iuramento confirma-
tur, non conualidare, vt inquit Marquardus de Su-
lannis in suo tract. de Iudæis & aliis infidelibus, in 2. parte,
cap. 8. num. 7. & tradit etiam Corn. in l. pactum, col. 2.
versic. sexto limita iuramento Iudæorum. C. de collation.
& rursus idem Corn. in consil. 37. in hac consultatione,
col. 2. versic. & licet iuramentum, num. 6. vol. 4. & Gui-
liel. in cap. Rainutius, in versic. duas habens filias, num.
289. vbi dicit hanc esse communem opinionem.

C A P. LVIII.

A R G V M E N T V M.

Agrimenfores & æstimatores quid
iurent?

S Y M M A R I A.

- 1 Iurare tenentur agrimensores & aestimatores, & alii quamplures.
- 2 Testes deponentes de peritia, probant, licet deponant de credulitate.
- 3 Agrimensorum in commissione, partis presentia requiritur, licet secus sit in eorum relatione.

Quoniam autem in quamplures sunt, qui in actibus gerendis iurare tenentur, merito de illis hoc loco tractare satis opportunum duximus: & initium ꝑ ab agrimensoribus & aestimatoribus facientes sciendum est, ubicunque Iudex agrimensorum sex aestimatorum opera uti vult, de iure communi eis iusiurandum partibus presentibus deferre debet de bene ac iuste mensurando & existimando, ut dixit Angel. in §. *quadam actiones*, num. 12. ubi etiam las. num. 77. & 78. & 79. *Instit. de actio. & tradit Bertran. in consil. 165. volum. 1.* & si agrimensores partium consensu electi iusiurandum in partium absentia prestare possint, ut inquit las. in *consil. 200. colum. 3. vers. non obstat, volum. 2.* Ratio autem est, quia partes iusiurandum agrimensoribus, quos elegerunt, delatum reprobare non possunt, nec eorum quoque relationem, & iurare debent, ut inquit Bald. in *c. quia iudicante*, num. 1. *extra de prescriptio. veritatem dicere*, ut ipsi existimauerint; & ideo simpliciter & precise veritatem dicere, iurare non tenentur, ut notatur in l. 1. in *princip. ff. de ventre inspicien. ne fortasse anceps periurium subeat.* Unde voluit ibidem Felin. ut illi, qui de peritia deponunt, veritatem uti credunt & existimant dicere iurare debeant, & sic de credulitate: nisi fortasse de certa deponant, propterea quod tunc ita rem sese habere & esse, iurare tenentur: & ideo ad testes inferentes dicunt Doct. Testes de peritia ꝑ deponentes probare etiam si credere dicant, ut voluit Decius in *consil. 489. num. 12.* Animaduertendum tamen est, ꝑ agrimensorum commissionem partis presentiam requirere, & si aliter de eorum relatione dicendum sit, ut voluit Bart. in l. *Theopompus*, num. 9. *ff. de dote preleg. & Floria in l. si ad irruptionem. §. ad officium*, num. 21. *ff. finium regund. & Robert. Maranta in suo Speculo aureo, in 7. parte, num. 23. in quarta parte.* idem præterea dicunt Doctores de calculatores & librorum reuisoribus: Nam partibus absentia suas relationes facere, vel sententias proferre possunt ut voluit Bart. in l. *secunda. §. de frumentaria. ff. de admini. rer. ad ciuita. pertinen.* Et etiam animaduertendum ad agrorum mensuram electionem, ut ipsi possessionem vel dominium probentur, deueniendum non esse: sed illis antea probatis, si quantum quisque possideat ignoretur, ad hoc scilicet, ut ipsi determinet & declarent quantum, & quid cuique tribuendum sit, ut inquit Ruin. in *consil. 124. num. 2. volum. 5. per text. in l. si irruptione. §. finali, & l. 3. iunctis iis, que notat ibi glos. C. eodem.* Præterea, quod de peritia artis deponentes iurare debeant, tradit etiam Salyc. in l. *hac edictali*, num. 11. *C. de secund. nupt. & tradit Bald. in consil. 136. volum. 2. & Aret. in consil. 142.* An autem, & quando illis credendum sit, late tradit Barr. Socin. in *suo tractatu fallent. in Regula 239. in versic. peritus.* & quod periti in arte de eo, quod illis videtur, iusiurandum prestare & non ultra teneantur, est tex. in l. *comparationes. C. de fide instrum. & in l. hac edictali. §. in illud. C. de secund. nupt. & tradit*

Angel. in d. l. *comparationes, & in l. iusiurandi, versic. ultimo quero. C. de testibus. & Bart. in proem. ff. in princip. & Bal. in c. super literis, colum. 1. extra de rescript. & in c. quia iudicante. & ibi tradunt recentiores, extra de prescriptio. & in cap. proposuisti, ubi Anton. à Butrio, Imola, Panorm. & Decius, extra de probatio. & rursus idem Panorm. in c. fraternitatis, post Ioan. Andr. ibi, extra de frigid. & malefic. Imo quod etiam de eo, quod vere est iurare debeant, si res sit, eiusmodi, quod de ea veram notitiam habere possunt, voluit Bartol. in d. l. *Theopompus, & Bald. in d. l. hac edictali. §. his illud, & in proem. ff. versic. sed dubitatur, & in repetitione l. 2. colum. 24. ff. de iureiuran. & Ioan. Andr. in c. significasti, colum. 6. versic. circa secundum, extra de homicid. & Ryman. in l. 1. §. fin. ff. de verborum obligatio. & Felin. in d. c. quia iudicante, post principium, extra de prescriptio. & Decius in d. c. proposuisti.**

C A P. LIX.

Argumentum constat ex Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Officiales, qui mittuntur ad aliquid faciendum, iurare debent bene & fideliter facere.

Secundo conueniunt ꝑ etiam prædictis officialibus illi, qui ad aliquid faciendum mittuntur: nam illud, ad quod faciendum mittuntur, bene ac fideliter facere iurare debent, ut inquit Ioan. de Platea in d. l. *si vacantia, in secundo notabili. C. de bonis vacant. lib. 10. & habetur in Authen. iusiuran. quod præstat. ab his, collat. secunda. & in l. sancimus. C. ad l. Iuliam repetunda.*

C A P. LX.

Argumentum constat ex Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iurare debent illi, quorum conscientia aliquid committitur.

Tertio iurate ꝑ præterea illi quoque debent, quorum conscientia aliquid committitur, ut inquit Tiraquellus in *tractatu de prescriptio. §. 1. gl. 8. versic. rursus ex eo tex. autoritate ang. in d. l. apertissimi. & inquit facere tex. in l. thesaurus. ff. ad exhiben. & in l. coram. ff. de damno infecto. & rursus idem voluit Angel. in d. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. noui nuncia. per text. ibi, & in d. l. *Theopompus. quem ad hoc inquit esse optimum, & sequuntur ibidem Paul. Castren. Alexan. las. & alii recentiores, non per illum textum quem dicunt & ostendunt nihil ad hoc facere, sed per text. in d. l. Theopompus.**

C A P. LXI.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iurare debent etiam milites.

Quarto iurant ꝑ etiam milites omnia se strenue facturos, quæ præceperit Imperator, nūquam deserturos militiam: nec mortem recusaturos pro republica, ut inquit Lucas de Penna in l. *militia, col. 2. in si. C. qui milita. poss. vel non, lib. 12. autoritate Vegetii in libro secundo de re milita, c. 6.*

C A P. LXII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

1 Christianus se esse catholicum iurare debet.

1 Q Vinto Christianus se esse catholicum iurare debet, ut inquit Andr. de Ifern. in c. 1. §. statui-
mus, de statu & consuetur. contra libert. eccles. condit. n. 3.
per text. in Auth. de iureiurando, quod presta. ab his, in
princip.

C A P. LXIII.

Q Vonia autem supra in c. 2. de his, qui iurare
tenentur ob id quod eorum conscientia alicui
quid commissum sit, Doct. inferunt ad tex. in d. l. de
pupilo. §. qui opus. ff. de oper. noui nuncia. & dicunt intel-
lectum gl. reputatum singularem in c. statutum. §.
possessionem, in verbo, relinquatur, dum vult, quod ubi-
cunque aliquid committitur conscientia alicuius,
ab eius declaratione appellari non possit, id intel-
ligendum sit, ut is cuius conscientia committitur,
sua declarationem iuramento confirmare teneatur,
quamuis postremi dicti Bal. contrarium prius
voluisse videatur Bal. expresse de casu illius. §. loquens,
assessorum in repetitio. d. l. 2. car. 8. versic. sed ibi, cum est
questio. & iterum car. 13. versic. sed nunquid de consen-
tia. ff. de iureiuran. & in l. rem non nouam. §. Praconi, per
tex. ibi, cuius tamen Doct. in d. §. qui opus, non memine-
runt. Verum illud dictum Angeli in d. §. qui opus,
ut ad id vnde parum per digressi sumus, redeamus,
sequitur Alexan. in cons. 219. visis verbis, col. 2. versic. ad
predictorum confirmationem, lib. 2. & Franc. Curt. senior
in l. admonendi, in si ff. de iureiuran. vbi etiam Ias. in lect.
col. 4. in si. vbi ad hoc allegat tex. in c. continebatur, ibi,
firmavit iuramento, extra de desponsat. impuber. & pon-
derat tex. in d. l. admonendi, in illis verbis, se inuenisse di-
cat, iuncto §. pastoralis, extra de exceptio. & idem Ias. in
d. l. apertissimi in fine, & in d. §. sed ista, col. 4. antepen.
Instit. de actio. & Felin. in d. c. significasti, il primo, ante fi-
nem, extra de homicid. & Ludou. Bologninus in cons. 47.
cor mundum, & c. & in c. visis, & diligenter consideratis,
col. penult. versic. accedit etiam doctrina Georgii Nat-
ta, in repetitione clemen. saepe §. non si tamen, col. 15. versic.
iste tamen, qui tenetur, & iterum in versic. verba secun-
dum conscientiam, col. 4. eiusdem versic. de verb. signi-
ficat. & Hippol. Marsil. in d. l. comparationes. C. de fide in-
strumen. & in repetitione l. vbi. C. de probatio. & in sin-
gul. 214. Et hoc idem voluisse videtur Tiraquellus
ibidem credere obseruandum fuisse, secundum dis-
positionem legum Mosaitarum, ex quibus bonam
partem legum Romanorum fluxisse creditur. A Iu-
daeis enim Aegyptii suas fere leges omnes mutuo
acceperunt: Graeci vero ab Aegyptiis a Graecis dein-
de Romani. Sauius enim Moles, ut si res quapiam
apud depositarium non culpa, sed casu fortuito
pereat, non sibi, sed domino pereat. Et de hoc de-
positario standum est, cum ipse asserat, & id tunc
concedendum est, si iurauerit, ut scribitur Exodi 22.
& id si sequatur, ut iuret.

C A P. LXIV.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

1 Iurare debent magistratus ad ius reddendum deputati, & quamplures alii.

S Extro loco sciendum est, † magistratus quoque
ad ius reddendum deputatos iurare oportere, id
quod etiam antiquitus Romae in vsu fuit, ut inquit
Liuus lib. 1. belli Macedonici, dum ait, non licuisse a-
pud Romanos magistratus plus quinque dies gere-
re, nisi qui iurassent in leges, ut supra diximus. Et di-
cendum est, oportere officialem, qualicumque sit,
s. item generaliter iurare officium suum bene ac
iure se esse administraturum, aut simile quippiam:
alioquin ei credendum non esse, siue ordinarius sit
siue extraordinarius: Iurat enim iudex, ut est tex. in c.
veniens, extra de iureiu. & ita auctoritate illius tex. dixit
Bal. in l. 1. col. 9. ver. super secundo puncto. C. qui accus.
non poss. & est tex. in l. rem non nouam, & in auth. hodie.
C. de iudic. & in l. 2. in princ. C. de iuram. calum. & in §.
quia vero multa, in Auth. de iudic. & est tex. in cap. 1. hoc
quod nos. vbi notat etiam Bald. col. 4. in sit. de pace
Constan. Id quod statuit etiam Plato in suis legibus,
cum lib. 9. num. 12. Aegyptiorum ibi, Item Reges iudices
adiurabant: ne quid iniuste etiam si Rex imperaret iudi-
carent, ut author est Plutarchus in Apophthegmatis. Sed
& illud apud antiquiores Romanos seruatum fuit:
se author est Aescenius Pedianus in Diuinatione
Ciceronis: & Augustinus de ciuitate Dei, 3. c. 2. Hinc
& pares curiae, qui cognoscunt de controuersia,
quae est inter dominum & vasallum, iurant se recte
iudicaturos, ut dixerunt Mart. Lauden. & Card. Alex.
in c. 1. in titulo de controuers. feudo. apud pares termin. &
Iacob. à sancto Georgio in tractatu feudo. in versic. & di-
cti vasalli, col. 6. versic. vltimus quero, vtrum isti pa-
res Quamquam Andr. de Ifern. in d. c. 1. & Odoar. in
summa tituli, qui possint de feud. cognos. versic. item qua-
ro, nunquid isti pares. & Ioan. Rayner. in c. praeterea, in ti-
tulo si inter vasal. & domin. & Dominic. à sancto Gemi-
niano tenent contrarium, ex eo moti, quod pares
semel praestiterunt domino iusiurandum fidelita-
tis: sed huic rationi optime respondent illi, qui
priorem opinionem sequuntur, ut ab eis intelligi
potest. Praeterea iurant etiam Consules ciuitatum,
ut est tex. in d. cap. venientes, extra de iureiuran. & in §.
Consules, vbi etiam Bal. in titulo de pace Constan. Pari-
ter etiam & defensores ciuitatis iurare debent. §.
iusiurandum vero, in Auth. de defenso. ciuitat. & in au-
then. praesides. C. de episcop. audien. Iurat & quilibet ad-
ministratores reipublicae, aut iustitiae, §. sic igitur, in
Authen. ut iudic. sine quo quo suffrag. fiant. & in §. primo,
& per totum, in Authen. ut iusiurandum, quod presta. ab
his Iurant praeterea & ii, quibus cura bonorum va-
cantium commissa est, d. l. si vacantia. C. de bonis va-
cant. lib. 10. vbi Bal. inquit inde optime probari syn-
dicos ciuitatum non antea syndicatus officium ex-
excere posse, quam recte & iure se vsuros iurauerint:
& ideo notatur officiales iurare debere in sua
iurisdictione se specialiter de haereticis & patre-
nis inquisituro & eos exterminare, ut habetur in
dicta Authen. iusiurandum, quod presta. ab his, qui ad-
min. susci. circa princ. collat. 2. & in l. secunda, in fine. &
in l. inter ciuitas. C. de summa Trinit. Hoc autem capi-
tulum specialiter iureiurando firmandum est, ut
habetur in constitutione Federici primi, ad deco-
rem & decus, & c. & ideo dixit Ioan. de Platea in d. l.
si vacantia, in secundo notabilis. C. de bonis vacant. lib. 10.
ut supra etiam diximus. officiales qui ad aliquid fa-
ciendum mittuntur, se bene ac realiter facturos iu-
rare oportere, ut habetur in dicta l. si vacantia, & in
dicta Auth. iusiurandum, quod presta. ab his, qui admini.
suscipi.

fulcipi collatione secunda, & in l. sancimus. Cod. ad l. l. uham repetun. Præterea Ioan. de Platea in l. per hanc. C. de erogat. milit. anno. lib. 12. inquit, quod erogator publicæ annonæ in principio sui officii se officium suum iure ac iuste administratum iurare debet, ac etiam quod militibus propriis manibus annonam eis debitam numerabit: Vnde ibidem primo loco ex principio notat Ioannes de Platea nonnulla de iure iurando officialis deputati ad soluendum stipendiariis, vel ad distribuendum species publicas, vel ad alia ministeria, & præsertim eos iurare debere se fideliter officium suum exequuturos ac diligenter, iuste & accurate remota omni fraude, vel dolo.

C A P. LXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare quoque debent tabelliones.

1 **S**epimo loco † tabelliones quoque iurare debere omittendum non est, vt inquit Ioan. de Platea in d. l. si vacantia in secundo notabili per text. in d. l. comparationes. C. de fide instrum. Dicit tamen Tiraquell. in dicto, §. 1. glos. 8. in tractatu de prescriptio esse textum optimum in dicto cap. ad audientiam, extra de prescriptio.

C A P. LXVI.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

1 Iurare debent etiam nummularii.

2 Iurare debent duumuri.

1 **O**ctauo iurare † quoque debent nummularii, vt notat gl. in l. quadam §. nummularios. ff. de edendo & tradit Ioan. de Platea in d. l. si vacantia, in 2. notabili, & illum tex. in d. l. comparationes. C. de fide instrum. pro optimo notat Bal. in c. quoniam contra falsam, col. 6. versic. quero, an isti duumuri. extra de probationib. & ibi per eam glos. tenet contra opinionem Abbat. Antiqui, Hostien. Ioan. Andr. & Anton. de Burrio, quod duumuri, † de quibus tex. ibi loquitur, iurare debent, id quod tenuit etiam Panormit. ibi, nullam Bal. mentionem faciens, & Felin. colum. 25. versic. Tertio quero. eandem præterea gl. vt ad eam redeamus, notat & ad hoc optimam dicit idem Bal. in c. præterea, colum. 1. & ibi quoque Felin. colum. 2. extra de testib. & ab ea colligit Bal. omnes, quibus scripturæ faciendæ committuntur, se legitime, fideliterque eas confecturos & executuros, iurare debere.

C A P. LXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare etiam debent milites cum militia dant nomen.

1 **N**ono iurare † quoque debent milites: cum militia dant nomen: alioquin tanquam priuari haberentur, vt voluit Bal. in d. c. quoniam contra falsam, colum. 6. versic. quero, an isti Duumuri. extra de probationib. & adducit glos. quam dicit esse singularem, in l. eos. C. de offic. magist. milit. Dicit tamen Tiraquell.

in loco supra adducto, nullam glos. quæ id dicat, reperisse: sed tantummodo illud, quod scilicet pro priuariis habeantur illi, qui in matricula non reperiuntur. subdit tamen de iuramento militum esse tex. in l. secunda. vbi voluit etiam glos. in verbo, sacramento. ff. de his. qui notan. infam. & glos. in l. penultima. ff. quibus ex caus. maior. & Specul. in titulo de procurat. §. 1. versic. item quod est miles, in titulo de accusato. §. primo, versiculo, item excipitur, quod est miles. & habetur per eum in titulo de iure iurando. §. primo, versiculo, de sacramento, quod præstant milites, & diximus etiam supra ex Vegetio de re milit. in quarto cap. eorum, qui iurare tenentur.

C A P. LXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare Doctores quoque tenentur.

Decimo iurare † etiam debent Doctores, vt est tex. in l. nemini. C. de advocat. diuers. ordin.

C A P. LXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare debent etiam æstimatores.

Vndecimo æstimatores † etiam iurare tenentur ad hoc deputati. d. l. hac edictali. §. bis illud, & ibi Bart. & Bal. C. de secund. nupt. & in §. quod autem. vbi tradit etiam Angel in Authen. de non alienan. & voluit Bartol. in l. creditores, columna finali. Cod. de pignor.

C A P. LXX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare quoque tenentur calculatores.

Dodecimo calculatores † quoque ultra prædictos iurare debent, cum ad calculandas rationes mittuntur, vt dixit Bal. in d. §. bis illud, colum. 2. versic. pone, consule. & tradit Alex. in consil. 64. num. 4. volum. 6. per tex. in l. comparationes. C. de fide instrum. & Bart. in d. l. Theopompus. ff. de dote prælega. & item Bart. in l. creditores. C. de pignor. & rursus Bart. & alii in proem. ff. & Bal. in l. iniurandum, quod ex conuentione, in princip. ff. de iure iuran. & Anton. de Butr. in c. veniens, il primo, & in c. finem litibus, extra de dolo & contum. & in c. proposuisti, extra de probat. & Ang. in l. si vacantia, colum. 3. C. de bon. vacant. lib. 10. & Bal. in rubr. ff. de iure iuran.

C A P. LXXI.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

1 Iurare debent omnes illi, qui tanquam periti adhibentur.

2 Iurare debent etiam medici.

Decimo tertio iurare † vtique etiam omnes illi tenentur, qui tanquam periti adhibentur. Vnde est, vt etiam † medici iurare tenentur, cum de artis peritia iudicant, vt voluit Bar. in proem. ff. in princ. colum. penult. versicatem nota & in l. iniurandi. C. de testib. & iterum Bal. in l. hac edictali. §. bis illud. C. de

C. de secund. nupt. in lectura antiqua. & Matth. Afflict. in constit. Sicil. in fi. & Alb. de Ros. in l. hac edictali, num. 2. C. de secund. nupt.

CAP. LXXII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iurant etiam obstetrices.

Decimoquarto obstetrices ¶ etiam iurare debent, vt dicit gl. in l. 1. §. 1. & in l. iurifurandi. C. de testib. quas sequitur Roman. in consil. 21. viso puncto, circa medium. Verum eas reprehendit Bart. in d. procem. ff. & in d. l. iurifurandi. & in d. l. hac edictali. §. hoc illud. vbi tradit Bald. in lectura antiqua. C. de secund. nupt. & rursus idem Bart. in d. l. creditores. ff. de pigno. & Bald. in d. l. nemini, paulo ante finem. C. de aduocat. diuersi iudic. & Ioan. de Platea in d. l. si vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. Prædictis tamen non obstantibus, eas excusat Bald. in d. l. comparationes, vt scilicet obstetrices de veritate iurare non teneantur, sed secundum conscientiam & credulitatem, seu opinionem suam, & voluit Alber. de Rosate in d. l. hac edictali, num. 3. C. de secund. nupt. & glos. & Doct. in c. proposuisti, extra de probatio.

CAP. LXXIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iurare debent artifices & mechanici.

Decimoquinto iurare ¶ etiam debent artifices & mechanici ad aliquid agendum assumpti & deputati, vt habetur in d. §. quod autem, in Auth. de non alien.

CAP. LXXIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iurare tenentur aduocati.

Iurare ¶ pariter tenentur aduocati. l. rem non nouam, §. patroni. ff. de iudic. dicit tamen gl. ibi id in vsu nõ esse, & de ea glos. meminit Dominicus à sancto Gemignano in c. Romana. §. nec etiam, de foro competen. in 6. Et ibidem subdit post Hostiensem, Imolam, & Ioan. Andr. eam consuetudinem, quod non iurent, non valere, prout dicitur de consuetudine de non iurando de calumnia. c. ceterum, extra de iuramento calum. & mouentur ea potissimum ratione, quod in hoc casu maior quidem inducendi iurandum ratio sit, cum aduocati sint calumniosiores, versutioresque, vt habetur in l. ab Anastasio. C. mandati. Et id sequitur, dicitque memoriæ mandandum contra iudices, qui huiusmodi iurandum non exigunt ob contrariam consuetudinē, Matth. Afflict. in constit. Sicil. incipiente, aduocatos, in fi. Animaduertendum tamen est, quod gl. in d. l. rem nõ nouam, non simpliciter dicit iurandum illud consuetudine non obseruari, sed solum formam illam iurandi tactis Euangelis, quæ quidem forma consuetudine sublata est, vt dixit Bulgar.

CAP. LXXV.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iurare tenentur orphanotrophi, id est educatores eorum qui carent parentibus.

Decimosexto iurare ¶ tenentur vltra prædictos etiam orphanotrophi, hoc est educatores eorum, qui parentibus carent, vt dixit Bal. in c. significasti, extra de electio.

CAP. LXXVI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iurare debent tutores & curatores minorum, furiosorum ac cæterorum, qui curatoribus indigēt, & alii quicumque tutores & curatores.

Decimoséptimo iurare ¶ tenentur tutores & curatores minorum, nec non etiam & furiosorum, cæterorumque, qui curatoribus indigent. l. de curatoribus. C. de episcop. audien. & l. fin. §. sed cum antiq. & ibi gl. quæ id inquit generale esse in quolibet tutore & curatore. C. de curato. furio. & in Auth. hodie, eod. tit. & in §. 1. & rursus in §. fin. vbi tradit etiam glos. in Auth. vt hi, qui obligat. hab. res minor. & in l. fin. §. defensionem. C. de admin. tuto. & in clemen. quia contingit. §. vt autem, versic. illi etiam, de religios. domib. & Bal. in d. c. significasti, & Bart. in l. legitimos. ff. de legit. tutor. Iurare igitur debent tutores ea se facturos, quæ è re pupilli erunt, & in commodum & vtilitatem pupilli cedent, reliqua vero omiffuros, ac etiam quod pupillos, & alios qui sub eorum cura sunt defendent, vt habetur in §. finali, in Authen. de iis, qui se obligat. per hi. hab. res mino. & l. finali. §. defensionem. C. de admin. tutor.

CAP. LXXVII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iurare etiam tenentur rectores hospitalium.

Decimooctauo iurare ¶ etiam tenentur hospitalium rectores, vt habetur in d. clem. quia contingit, in loco supra relato.

CAP. LXXVIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iurare tenentur rectores communitatum.

Decimonono iurare ¶ pariter etiam tenentur rectores communitatum, vt est tex. in c. fin. extra de procurat.

CAP. LXXIX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iurare tenentur erogatores annonæ publicæ, & qui stipendia soluunt.

Vigesimo iurare ¶ quoque tenentur erogatores annonæ publicæ, & illi qui stipendia soluunt. l. per hanc. Cod. de erogatio. milit. anno. libro duodecimo.

C A P. LXXX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare tenentur executores testamentorum.

1 Vigesimo primo iurare ¶ etiam tenentur executores testamentorum, vt inquit Ioan. de Platea in d.l. per hanc. arg. l. de creationib. C. de episcop. & cler. & §. fin. in Auth. vt hi, qui oblig. se hab. Id autem verum est, nisi personæ dignitas repugnet. l. nec honore, & auth. sed iudex. C. de episc. & cler. & d.l. per hanc. §. si qua tamen. C. de erogatio. milit. anno. ibi præpositis sacrosanctis scripturis. & ibidem tradit gloss.

C A P. LXXXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare etiam tenentur vendentes bona debitoris.

1 Vigesimo secundo iurare ¶ præterea tenentur vendentes bona debitoris iudicis autoritate, vt est tex. in l. fin. in fin. C. de bon. autorit. iudic. possiden. & tradit Ioan. de Platea in d.l. per hanc. qui dicit id esse generale dictum de quolibet administratore, per text. in Authent. iusiurandum quod præstat. ab his, in princ. in gloss. 1.

C A P. LXXXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare etiam illi debent, qui mittuntur ad inspiciendum fines.

1 Vigesimo tertio iurare ¶ adhuc illi omnino tenentur, qui ad fines agrorum inspiciendum mittuntur, vt ait Bart. in l. iusiurandi. C. de testib.

C A P. LXXXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare debent agrorum designatores, siue adsignatores.

1 Vigesimo quarto iurare ¶ ultra prædictos illi debent, qui agros designant, seu adsignant, vt voluit consulendo And. Barbat. in consil. 25. clementissimum Deum, & piissimum, col. 7. vol. 4 per ea, quæ notantur in d. hac edictali, & in d. l. comparationes.

C A P. LXXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare etiam tenentur nuncii publici.

1 Vigesimo quinto iurare ¶ etiam tenentur nuncii publici. cap. cum parati, vbi tradit gloss. & sequuntur Doctores. extra de appellat. & voluit Bart. in extrauaganti, ad reprimendum, in verbo, per nunciam, & Bald. in l. 2. in princ. C. de sport. & in cap. venerabilis, col. 2. versic. vtrum si Papa, extra de dolo & contum. & voluit Ang. in §. si quis autem. in Authent. de eccles. tit.

C A P. LXXXV.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare tenentur etiam custodes carcerum.

1 Vigesimo sexto iurare ¶ quoque tenentur custodes carcerum, vt habetur in clem. 1. §. porro, de heretic.

C A P. LXXXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare etiam illi tenentur, qui mittuntur ad redimendos captiuos, & præsertim à Turcis.

1 Vigesimo septimo iurare ¶ præterea illi tenentur, qui ad redimendum captiuos à Turcis mittuntur, vt est text. in cap. significauit, extra de iudic.

C A P. LXXXVII.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare debent Doctores examinantes, nec non & præsentantes.

1 Vigesimo octavo iurare ¶ etiam debent Doctores examinantes scholarem promouendum apud cancellarium studii, vt inquit Abbas in cap. proposuisti, num. 12. & 13. extra de probation. Et idem dicit de Doctoribus præsentantibus, vt est text. in d. l. nemini. C. de aduoc. diuers. iudic. vbi Doctor iureiurando attestatur de peritiâ scholaris. Illud tamen, vt inquit Tiraquellus eodem in loco, prætereundum non est, quod si partes quempiam cõmuni consensu eligant, cuius iudicio aut testimonio aliqua in re standum sit, vel vbiunque alicuius fides approbata est ab vtraque parte: eum iurare opus non est, si alioquin iurare deberet, vt voluit Bart. in l. Lucius, in fin. ff. de fideiussor. & in d. l. Theopompus. ff. de dote prælegata. & tradit etiam Butrius in cap. veniens, il. primo, col. 2. vbi etiam voluit Felin. extra de testib. & idem voluit in cap. fin. col. fin. extra de dolo & contumac. & tradit Roman. in consil. 20. viso puncto, versic. tertio, quia dictus. & Felin. in d. cap. quia iudicante, col. 1. extra de rescript.

C A P. LXXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare etiam tenentur aduocati.

1 Vigesimo nono aduocatos ¶ etiam iurare debere tradit Afflict. in §. item sacramenta, in tit. de pace iuram. firm. & in constitut. Regni, de præstando iuramento ab aduocato. & idem quoque dixit Iacob. Butrig. in l. cum & omnes. C. de iureiur. propter calum. dum inquit, omnes illos, qui de lite participant, cõficiências suas iureiurando purgare oporteret & ibidem subdit aduocatos quoque de iure iurare debere, de consuetudine autem non seruari, & est text. in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudic.

C A P.

CAP. LXXXIX.

Argumentum constat ex Summario.

SUMMARIUM.

1 Iurare etiam debent aromatarii.

TRigesimo iurare † præterea in Sicilia tenentur & debent aromatarii, vt habetur in constitutione Regni Sicilia, lib. 3. De probabili experientia medicorum, tit. 44. in gloss. Aromatarii. vbi expresse habetur eos, qui medicinas vendunt, iurare debere fideliter ac diligenter suum officium adimpleturos, & pœnam imponit constitutio illa contra facientibus.

CAP. XC.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 Iurare decent rectores Ecclesiarum.

TRigesimo primo rectores † præterea Ecclesiarum iurare debent suas Ecclesias defendere, & earum bona recuperare, vt inquit Hofstiens. in cap. ego N. in versic. item iurat, extra de iureiuran. quod autem ipse rector bona sua ecclesiæ recuperare debeat, est tex. in cap. 2. extra de reb. eccles. non alien. lib. 6. alioquin puniri debet, vt habetur in cap. generali, eod. lib. 6. Imo etiam pro debito officii sui, vbi cunq; potest acquirere, debet, vt est text. in cap. quocunque, 12. quest. 4. & clem. quia contingit, vbi tradit Cardin. in 5. notab. num. 2. extra de religio. domib. Pœna autem est, vt quilibet clericus negligens in inquirendo bona ecclesiastica, & clericorum vtilitatem non procurans, ab ecclesia, seu beneficio remoueri possit, vt voluit gloss. fin. in c. sape. 13. q. 2. Et ideo dicitur, quod ecclesia læsa ob prælati negligentiam, prælatum ipsum conuenire potest, vt habetur in cap. monemus, cum ibi notatis, 12. quest. 2. & est gloss. notab. in cap. placuit, in verbo, pertinent, ad fin. 17. quest. 3. In hac tamen conclusione illud animaduertendum est, quod dixit Abbas Panorm. in cap. tua nos, num. 15. extra de eccles. adifican. An episcopus talis iuramenti notitiam habeat, non tantum ob ecclesiæ damnum, & præiudicium ecclesiæ cathedralis suæ: sed etiam quia damnum infertur alicui ecclesiæ sibi subiectæ, vt est text. in d. cap. tua nos, dum ibidem dicitur, ecclesiam sibi commissam esse, argum. cap. 1. extra de vsu pal. Dicit tamen Panorm. ibi, ad formam & modum iurandi animaduertendum esse, propterea quod si generaliter præstitum sit, ad bona suæ diocesis extenditur: secus vero si præstitum sit causa suæ ecclesiæ, & illius intuitu, prout communiter obseruatur: nam tunc ad bona ecclesiæ sibi subiectæ non extenditur. Nam iusiurandum, vt communis est conclusio, stricte intelligendum est, vt habetur in cap. penult. extra de iureiuran. est præterea animaduertendum ad illud, quod dixit Hofstien. in cap. antiqua, extra de priuileg. vt refert Barbat. in cap. cum M. Ferrariensis, num. 9. extra de constit. quod licet prælati iurent fidelitatem Papæ, vt habetur in cap. ego N. extra de iureiur. Cardinales tamen Papæ hanc fidelitatem non iurant. Et ratio est, quia sunt pars corporis ipsius Papæ, & membra à capite non recedunt, cap. non liceat, extra de præscript. & tradit Ioan. Andr. in cap. in

terris, de temporaria iurisdictione Eccles. & habetur in extraneagan. Sixti quarti, dilecti filii, posita in tract. Francisci Paui. de sede vacante, in fin.

CAP. XCI.

Argumentum constat ex Summario.

SUMMARIUM.

1 Iurare debent Iudices magistratum accipientes.

TRigesimo secundo iurare † præterea debent Iudices magistratum accipientes, vt inquit Francisc. Marci. in quest. 684. vol. 1. dum inquit, Iudicem ingredientem, seu accipientem officium, iurare debere, vt habetur in Auth. vt iudices sine quoquo suffragio fiant, alias sub rub. de præside provincial. §. sic igitur. & iusiurandum, quod præsta. ab his, qui administra. accip. col. 2. Illud tamen, quatenus ad rem propositam pertinet, aduertendum est, consuetudinem potissimum attendendam esse, vbi iurare etiam debent nihil dedisse, aut promississe, vt alias dixit etiam idem Franc. Marci. in tract. caus. ardua. vol. 2. fol. 425. Et ideo sciendum est, quemlibet Iudicem publicè iurare debere officium suum bona fide exercere, sine fraude, remoto pretio, prece, & qualibet illicita pactione. l. fin. C. ad l. Iuliam repetun. Huiusmodi enim præstito iureiurando pro iudice præsumendum est, & credendum, vt suæ salutis immemor non sit, vt inquit Bald. ibi. Debent præterea etiam dicti iudices iureiurando deponere, nihil vt huiusmodi officium, seu magistratum consequantur dedisse, vel in futurum dare, aut ipsummet, vel aliam interpositam personam pro eo, d. l. fin. Debent namque iudices abstinere à qualibet corruptione, seu rei receptione, quæ eum modo aliquo mouere posset. l. omnes, eodem tit. Qua in re quilibet accusator esse potest, & non solum ignominia, vt vulgi opinio est, & mala afficiatur, sed gloriam, & honorem ea de causa inde assequi dicendum est, l. iubemus, eod. tit. vbi tradit etiam Bald. Id autem verum est, cum criminaliter agitur, seu de pœna fisco applicanda: alias vero secus, vt dicit Angel. in l. 1. C. ad leg. Iuliam repetun. Huius quoque rei meminit Angel. Aret. & August. in tract. malefic. super verbo, iudicem maleficiorum.

CAP. XCII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 Iurare quoque debent Electores.

TRigesimo tertio † iurare quoque debent Electores, licet iusiurandum non obseruarent, illorum tamen iurandi forma describitur in cap. 1. his verbis; Ego N. iuro & promitto omnipotenti Deo, & N. Sancto, vel Sanctæ, sub cuius nomine dicata est hæc Ecclesia, eum eligere, quem credo ecclesiæ futurum, tam in spiritualibus quam in temporalibus vtilem, nec illi vocem dare, quem verosimiliter promissione, vel datione alicuius rei temporalis, seu prece, per se, vel per aliū interpositis, vel alias qualitercunque directe, vel indirecte sua causa, & ad suum commodum electionem procurare, seu procurasse existimaero: & ideo stâte prædicta iusiurandi forma, quando omnes canonici electionem

sciunt à se ipsis procuratam, & iam promissionibus se abstinxisse periuri omnino sunt.

C A P. XCIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuraturandi Regis forma, & Imperatoris.

TRigesimoquarto iurare ¶ etiam debent Reges & Imperatores, quorum formulæ sunt hæc, & in primis Imperatoris iuraturandi formulæ hæc est, *in clem. Romani principes, de iureiur.* cum in coronatione in manus Pontificis iurat: Henricus igitur Imperator ita iuravit; Tibi Domino comprehensum fidelitatis recipimus iuramentum ego Henricus, vel alter quisquis est Romanorū Rex annuente Domino futurus Imperator promitto, spōdeo, & polliceor, atq; iuro coram Deo, & beato Petro, me de cetero procuratorem & defensorem fore summi Pontificis, & huius sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus necessitatibus, & vtilitatibus suis, custodiendo & conseruando possessiones, honores, & iura eius, quantum diuino suffultus adiutorio fuero, secundum scire, & posse meum, recta & pura fide, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia. De hac iuraturandi formulæ text. *in clem. 1. §. & subsequenter, versic. tibi Domino. de iureiur.* Est etiam formulæ Othonis D. Papæ Ioanni *in cap. tibi Domino, 63. distinct.* vbi dicitur; Tibi Domino Ioanni Papæ ego Rex Otho promittere & iurare facio per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & per lignum hoc viuificæ crucis, & per has reliquias sanctorum, quod si permittente Domino Romam venero, sanctam Romanam Ecclesiam, & rectorem ipsius exaltabo secundum meum posse, & nunquam vitam & membra & ipsum honorem, quem habes. mea voluntate, aut meo consilio, aut meo consensu, aut mea exhortatione perdes, in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio, & quicquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem deuenerit tibi reddam, & cuicumque Italicorum regimen commiserō, iurare faciam illum, vt adiutor tui sit ad defendendum terram sancti Petri, secundum suum posse, sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia. In hac clementina prima, tractatur etiam de alijs pluribus formis iuramentorum, vt vassallorum reuertentium ab hæresi clericorum, contra quos inquiritur, & clericorum se ab hæresi purgantium testium & Iudeorum & ingredientium nouum magistratum, tutoris, nuncii publici & similium, vt habetur *in cap. dilecti, vbi tradunt Domin. a sancto Geminiano. & Felin. extra de maior. & obedien.* Hinc colligendum est, vt supra etiam diximus, vt dixit Francisc. Marci. *quest. 87. nu. 9.* alienationes à Principe factas rerum status, & domini non subsistere, cum huiusmodi iuraturandum, vel fidei præstatio in Principe iuraturando æquipollere dicantur, vt late ibidem inquit Francisc. Marci. Nam cum Princeps quilibet in sua coronatione iuret illibata regni dignitatis iura seruare, concessio ab eo deinde facta valere non potest; & de his formulis iuraturandi Principum secularium tradit Card. Zabarel. *in d. clem. 1. versic. nos itaque, num. 12.*

C A P. XCIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iurare debet etiam Episcopus.

TRigesimoquinto iurare ¶ debent etiam Episcopi, quorum iuraturandi formulæ est *in cap. ego N. extra de iureiur.* in hæc verba; Ego N. Episcopus hac hora in antea fidelis ero sancto Petro, sanctæque Romanæ Ecclesiæ: Dominoque meo Papæ C. eiusque successoribus canonice intrantibus: Non ero, neque in consilio, neque in facto, vt vitam perdat, aut membrum, vel capiat mala captione. Consilium, quod mihi aut per se, aut per literas, aut per nuncium manifestabit, ad eius damnum, nulli pandam: Papatum Romanæ Ecclesiæ, & regulas sanctorum Patrum adiutor ero ad defendendum retinendū (saluo ordine meo) contra omnes homines: vocatus ad synodū veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditio: Legatum Apostolicæ sedis, quem certum esse cognouerō, in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo. Limina Apostolorū singulis annis, aut per me aut per certum nuncium visitabo, nisi eorum absoluar licentia. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta euangelia; & est etiam formulæ suffraganeorum sibi subiectorum, Archiepiscoporum, vt ait Imola ibi, numero primo, & similiter suffraganeorum, quo ad suos prælatos, vt est text. *in cap. dilecti, extra de maiorit. & obed.*

C A P. XCV.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

Iurare etiam tenentur Abbates.

TRigesimo sexto iurare ¶ præterea debent etiam Abbates, quorum iuraturandi formulæ est illa, *de qua in cap. ne Dei ecclesia, extra de simonia.* in hæc verba; Ego frater Abbas Cisterciensis ordinis, subiectionem, & reuerentiam, & obedientiam à sanctis patribus constitutam, secundum regulam sancti Benedicti, tibi Domine Episcope tuisque successoribus canonice constituendis, & sancti sedi Apostolicæ, saluo ordine meo, perpetuo me exhibiturum promitto.

C A P. XCVI.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

Iurare etiam debent clerici beneficium habentes.

TRigesimo septimo quoniam ¶ etiam clerici beneficium habentes iurare tenentur, merito dicitur *in cap. nullus episcopus, extra de iureiuran.* Nullus Episcopus clericos tuos, nisi forte quibus ecclesiasticarum rerum commissa fuerit dispensatio, sibi iurare compellat. Formulæ autem eorum iuramenti est *in cap. cum in ecclesijs, extra de maiorit. & obedien. & tradit Archiepiscopus Florentin. in 2. parte sue summæ, tit. 10. cap. 4.*

C A P. XCVII.

Argumentum constat ex Sum-
mario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare non tenentur clerici administratione caren-
tes.

1 **T**Rigesimo octavo iurare t̄ autem non tenen-
tur clerici administratione carētes, vt habetur
in c. legebatur, extra eodem tit. de maior. & obed. inquit
enim ibi Clemens tertius. Legebatur in literis tuis,
quod frater Atticus chartulā de obedientiā spon-
sione conscripserat, in qua signum probatur iuri-
riā. Non enim necessarium fuerat, vt obligaretur
scripto, qui obedientiam suam episcopo iam vol-
untariū aduentus officio comprobat. Ex quo tex.
colligitur, quod clericus non habens curam ani-
marum Episcopo obedientiam promittere per scri-
pturā confectionem, vel iuramenti praestationem
non tenetur, sed satis est si verbo obedientiam pro-
mittat, vt videtur illum text. etiam gl. ibi intelligere.

C A P. XCVIII.

Argumentum constat ex Sum-
mario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare etiam tenentur vasalli.

1 **T**Rigesimo nono iurare t̄ tenentur vasalli, vt est
text. in c. de forma, 22. quest. 5. & in cap. 1. in tit. de
forma fidel. in vsu. feudo. De forma iurandi fidelita-
tem a vasallo tradit Afflic. in lib. 2. feudo. in tit. quali-
ter vasal. iura. debet fidel. num. 6. dum inquit, vasallum
fidelitatem iurare debere hoc modo: ego iuro ad
sancta Dei Euangeliā, quod a modo in antea ero
fidelis huic, sicut debet esse vasallus Domino, nec
id quod mihi suo nomine fidelitatis comiserit Do-
minus pandam alii ad eius detrimentum me scien-
te. Vbi dicitur. De forma fidelitatis aliquid scribere
monitus, hæc vobis, quæ sequuntur ex libro-
rum autoritate notavi. Qui domino suo fidelita-
tem iurat, ista sex in memoria semper habere de-
bet. Incolumē, tutum, honestum, vile, facile, possi-
bile. Incolumē videlicet ne sit ei in damnum de se-
creto suo, vel de munitionibus, per quas tutus esse
poteat. Honestum, ne sit ei in damnum de sua iusti-
tia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem eius per-
tinere videntur. Vtile, ne sit ei in damnum de suis
possessionibus. Facile, vel possibile, ne id bonum,
quod dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei
difficile, neue id quod possibile erat reddat ei im-
possibile, vt fidelis hæc documenta caueat, iustum
est. Sed quia non sufficit a malo abstinere, nisi id
fiat quod bonum est, restat vt in eisdem sex supra-
dictis cōsiliū & auxiliū domino suo fidele præ-
ster, si bene sociis dignus videri vult, & saluus esse
de fidelitate, quam iurauit. Dominus quoque fide-
li suo in his omnibus vicem reddere debet, quod si
non fecerit censetur malefidus, sicut ille qui
in eorum prauaricatione, vel fastidio,
vel consentiendo deprehensus
fuerit perfidus &
periusus.

C A P. XCIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare etiam debent rectores locorum, & quamplures
alii.

QVadagesimo iusiurandi t̄ rectoris locorum
meminit Innocen. in ca. tua, de iureiur. & facit
illud, quod habetur in cap. quanquam, 23. distinctio. &
quamplures alii, de quibus meminit Spec. in eod. tit. de iu-
reirando. §. 1. versic. illud autem. Vbi diuersas refert for-
mulas iuramentorum a diuersis personis praestandorum.

C A P. C.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum Episcopi an fiat ta-
ctis an inspectis Euangeliiis.

S V M M A R I A.

- 1 Iurare debet episcopus cum ait per se de calumnia præ-
positis sacrosanctis Euangeliiis, non autem tactis: &
ideo requiritur, vt Euangeliā sint in conspectu
ipsius.
- 2 Euangeliorum aspectus inducit terrorem iurantibus
& impendit suffragium veritati in iuramento ca-
lumnia.
- 3 Iurat episcopus, vbi vt testis sufficit, vt Euangeliā sint
in conspectu, alias & ipse quoque ea tangere de-
bet.
- 4 Iurare debent presbyteri tangendo Euangeliā.

QVadagesimo primo redeundo autem ad ea
quæ supra de iureirando episcoporum dice-
bamus, vbicunq; t̄ episcopus per se calumnia agit
præpositis in eius conspectu sacrosanctis Euange-
liis, non tamen ea tangendo iurare tenetur, vnde
est, vt Euangeliorum aspectus requiratur, id quod
alia quoq; ratione inductum est, quia scilicet t̄ ter-
rorem iurantibus infert, & confert suffragium ve-
ritati. *rem non nouam. C. de iudic. vt notat ibi Goffre-
dus*, id autem procedere & locum habere in iura-
mento calumnia, adnotandum est, tum etiam cum
iurat, vt t̄ testis, alioquin autem episcopus quoque
Euangeliā tangendo iurare debet, vt habetur in c. vt
circa, de electio. lib. 6. & tradit glos. ibidem, in verbo, cor-
porali, quæ est ibi in fine, & si gl. antiqua aliter ibidem
sentiat. Facit etiam ad hoc text. in clemen. 1. de heretic.
presbyter t̄ tamen iurat tactis Euangeliiis etiam in
iuramento calumnia, prout etiam testis iurare de-
bet, vt habetur in c. 2. 14. q. 2.

C A P. CI.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum clerici accipientis
beneficium, quale esse debeat.

S V M M A R I A.

- 1 Iurare debet clericus habēs beneficium, quod solitam,
& antiquam pensionem non augebit, & alia mul-
ta.
- 2 Iurare debet clericus episcopo, quod ei fidelis erit.

3 IURA

- 3 Iurare debet clericus episcopo mandata sua seruaturum.
- 4 Iurare debet clericus episcopum nihil alienaturum esse sine eius licentia & voluntate.
- 5 Iurare debet clericus Ecclesie sua nomine vltra certam summam, quæ arbitrarie determinanda est, mutuo pecuniam se non esse accepturum.
- 6 Iurare debet clericus se non esse relicturum ecclesiam, de qua inuestitur, & ad aliam se non transferet sine ipsius licentia.
- 7 Iurare tenetur clericus iura Ecclesie, quod pro viribus peret & defendet & vtilia eius procurabit, & nociua euitabit, & quomodo intelligatur.
- 8 Iurare debet clericus episcopo nihil dedisse, vel se daturum, nec pactum aliquod fecisse, nec illicitum vllum commississe per se, vel per alium.
- 9 Iurare tenetur clericus, quod ordines suo tempore recipiet.
- 10 Iurare debet clericus episcopo in ecclesia se esse recepturum.
- 11 Iurare debet clericus episcopo, quod non soluet vltra antiquam & solitam pensionem.

Quadragesimosecundo quoniam supra in formula iurandi quadragesimoprimo, dum de formula iuramenti clericorum, hæc reliquimus, merito hoc loco omittenda non duximus, iuxta ea quæ tradit Panorm. in cap. tua nos, num. 5. versic. extra gloss. quero, tractans de iureiurando præstando, extra de iureiurando. Cum igitur clerici ad aliquod beneficium ab episcopo promouentur, ita iurare debent, & primum quod solitam & antiquam pensionem non augebit, id autem, & ea quæ infra dicentur, de clerico beneficium habente intelligendum est. alii namque regulariter non iurant, vt supra retulimus. c. nullus, extra de iureiur. Vnde dixit Hostiensis, quod licet diuersa iurandi forma rectorum, & curatorum pro locorum diuersitate ac varietate sit: hanc tamen, quam referimus, congruam esse, & iuribus comprobari. Teneatur igitur iureiurando promittere se episcopo fidelem & futurum esse & obedientem. d. cap. nullus, extra de iureiuran. sub quibus verbis, quod eius sententias seruabit intelligendum est, ac pro viribus seruari procurabit ac mitetur, id autem nonnulli exprimentum esse arbitrantur, prout videtur tex. in cap. cum ab ecclesiarum, extra de off. ord. & cap. ad reprimendam. Tertio iurare tenetur, se esse mandata sua sancta & honesta adimplendum. ca. fin. extra de off. ord. Quarto quod nihil alienabit sine eius licentia, c. Abbatibus. 12. quest. 2. & cap. in venditionibus, 17. quest. 4. Quinto quod nomine ecclesie vltra certam summam, quæ ex arbitrio constituenda est, mutuo pecuniam non accipiet, cap. quod quibusdam, extra de fideiussor. Sexto, quod ecclesiam non relinquet, nec ad aliam se transferet sine ipsius licentia, & voluntate. cap. admonet, extra de renunciat. Septimo, quod iura & ecclesie pro viribus consequetur, & tuebitur, & eius vtilia procurabit, & ea quæ nocere possunt, euitabit; & id intelligendum est, etiam postpositis proprii patrimonii negotiis, arg. text. in cap. presentium, 7. quest. 1. & cap. placuit. & cap. qui vere, & cap. nos autem, 16. quest. 1. Octauo, quod nihil dedit vel dabit, nec aliquod pactum fecit, nec commisit aliquod illicitum ipsemet, vel alius eius nomine, vel mandato & ipso sciente ad ecclesiam ipsam adipiscendam, vt est tex.

in cap. fin. extra de pact. & in cap. nobis, extra de simonia. & quod quamprimum huiusmodi vitium rescuerit, episcopo renunciet, & ad ipsius voluntatem renunciabit. cap. penult. extra de elect. Nonno, quod ordines suo tempore recipiet, & hoc si ordinarius non est. cap. quæris, extra de etate & qualitat. Decimo, quod in ipsa ecclesia personaliter residebit, & deferuiet in ordine, quem ipsius cura requirit. c. quia nonnulli, & cap. relatum, extra de clericis non residen. Vndecimo, quod non soluet vltra antiquam & solitam pensionem, vt habetur in d. cap. tua nos, extra de iureiuran. Et hanc formulam, vt ibidem dicit Panormit. sequuntur communiter Doctores in d. cap. tua nob. Et ideo subdit, quod licet ad omnia supra relata ad beneficium aliquod promotus teneatur, iure tamen non probari producta omnia clericum suo iureiurando promittere debere, & ideo refert text. & gloss. vbi directa forma ponitur, & recensetur huiusmodi iuramenti, suo iureiurando promittere debere: ibi enim tot non inferuntur, vt in d. c. tua nos. & est tex. in c. quamquam, 23. distinct. ad quem se refert, & illum tex. considerandum dicit.

C A P. CII.

Argumentum constat ex Summario.

S U M M A R I U M.

1 Iuramenti synodalis episcopo præstandi forma.

Quadragesimotertio iurari & etiã in synodo solent Episcopo hunc in modum, vt habetur in c. episcopus in synodo, 35. q. 6. hoc modo episcopus in synodo residens post congruam alloquationem septem ex plebe eius parochie, vel eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honestiores atque veraciores viros, in medium debet aduocare, & illatis sanctorum pignoribus vnumquemque illorum tali sacramento constringere, vt à modo in antea quicquid nosti, aut audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra voluntatem Dei, & rectam Christianitatem in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenit, tantum ad tuam cognitionem quocumque modo perueniat, si scis, aut indicatum fuerit tibi synodalem causam esse, & ad ministerium episcopi pertinere, quod tu, nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter pretium, nec propter parentelam vlatenus coeles episcopo aut eius misso, cui hoc inquirere iusserit, quandocumque ex hoc te interrogauerit sic te Deus adiuuet, & illa sanctorum reliquie. Illud sacramentum, quod iste iurauerit de synodali causa, quod tu illud ex te ita obseruabis in quantum scis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es, sic te Deus adiuuet.

C A P. CIII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

1 Iurare etiam debent clerici purgantes se ab hæresi.

Quadragesimoquarto clerici quoque purgantes se à crimine hæresi ita iurare consueverunt, vt habetur in cap. Ego Berengarius, de consecration. distinct. 2. Ego N. indignus ecclesie talis cognoscens veram, catholicam, & Apostolicam fidem,

dem, anathematizo omnem hæresim, & præcipue eam de qua hæctenus infamatus sum, quæ astruere conatur panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramentum, & non verum corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, & non posse sensualliter, nisi in solo sacramento manibus sacerdotum tractari, vel frangi aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ sedi, & ore, & corde profiteor de sacramentis Dominicæ mensæ eandem fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta synodus autoritate Evangelica & Apostolica tenendum tradidit, mihi que firmavit, scilicet panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, & sensualliter non solum Sacramentum, sed in veritate manibus Sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri: iurans per sanctam & homouision Trinitatem, & per hæc sacrosancta Christi euangelia; eos qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus & sectatoribus suis æterno anathemate dignos esse pronuncio. Quod si ego ipse aliquando contra hoc aliquid sentire, aut prædicare præsumero, canonum seueritati subiaceam. Lecto & perlecto sponte subscripsi. Hanc confessionem suæ fidei de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi à Berengario Romæ coram 114. Episcopis factam misit Papa Nicolaus per vrbes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & ad quæcunque loca fama prauitatis eius peruenire ante potuit, vt Ecclesiæ, quæ prius doluerant de auerso atque peruerso, postea gaudeant de reuerso atque conuerso. Hæc formula potest ad alias quoque hæresium genera accommodari, narrando in quo ipse hæreticus peccauerit, vt ex prædicta apparet.

C A P. CIV.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

i iurare etiam tenentur testes.

Quadragesimo quinto testes † etiam iurate tenentur, vt de eorum iuramenti forma tradit glossa in cap. fraternitatis, in verbo, iuramenti, extra de testib. Iurare enim debent, quod dicent omnem veritatem iudici, vel totam veritatem, vel ei cui commiserit, quam nouerit de re illa, super qua iurant, vt habetur in cap. hortamur, quest. 9. vbi patet eos tactis euangeliis iurare debere, & habetur etiam in Authent. eod. tit. §. 1. Item iurare debent nullam inferere falsitatem, vt habetur in cap. nullam, 2. quest. 4. & in cap. pura, 3. quest. 9. Item quod pro vtraque dicent veritatem, quam sciunt. c. non sane, 14. quest. 5. Item quod dicent omnem veritatem, siue interrogati, siue non, cap. cum dilectus, extra de accusatione. Item quod non pretio, nec amore, nec timore, vel odio, seu pro alio commodo testimonium dicent. cap. quoties, extra de testib.

Prædictæ formulæ iuramenti testium, propterea quod maxime necessarium est, merito dictæ gl. addendum est, quod scilicet iudex iusiurandum sub hac forma proponat, tu iurabis, quod dices

aut mihi, aut tabellioni, aut notario illi, cui hoc commisero inquirendum, totam, plenam & meram veritatem, quam credas, vel scias super hac quæstione inter talem & talem, & hoc vsque ad finem litis, quoties interrogaberis d. cap. hortamur, 3. quest. 9. & in Auth. de iureiuran. §. 1. col. 7. & cap. parentela, & in cap. episcopus, & in cap. sequenti, 35. quest. 6. & tam super eo, super quo interrogaberis, quam super alio, c. cum dilectus, il. 1. extra de accusat. & c. qualiter, il. 1. in fin. eo. tit. & si ibi de inquisitione loquatur, & quod solam veritatem dices, non immiscens aliquid falsitatis. c. nullam, 2. quest. 4. & c. pura, 3. quest. 9. Nec aliquid de tuo adices, etiam quod tibi bonum videatur. c. qualiter, il. 1. & c. sequenti, extra de accusat. Et hoc inuentum ideo est, vt inquit Specul. in tract. de teste, in rub. de testi. iuramen. num. 1. lib. 1. Quia cum quidam deposuisset veritatem, apposuit postea contrarium in dicto suo, & cum postea redargueretur de periurio, respondit non deierasse, propterea quod si plus erat, vtique tanti erat. Item iurare debet, quod dicit veritatem pro vtraque parte, auth. sed iudex. c. de episc. & cler. & cap. nec honore, 11. quest. 1. & cap. non sane, 14. quest. 5. & cap. veniens, il. 2. in fin. extra de testib. Præterea quod nec prece, nec pretio, nec timore, nec priuato odio: secus vero de publico, vt quia odit opera sua, cap. odio, 81. distinct. Nec pro commodo, quod ipse, vel alius habuerit, vel habeat, vel habere speret, testimonium dicit. cap. quoties, extra eodem, & cap. licet. §. testes, 11. quest. 3. & cap. quatuor, versic. testium fides, 4. quest. 3. & c. cum contra, & seq. extra de testib. cogen. & c. cum æterni, extra de re iudic. lib. 8. & in d. cap. de parentela, & in c. episcopus, & in cap. sequenti. Et quod dices veritatem, sicut scis: nam non debet dicere credere, sed quia vidit, & casu quo sciat, quia vidit, ita deponere debet: & si audiuerit, deponat de auditu. d. c. de parentela, & tradit Specul. in eodem. tit. §. 1. vers. item quod non prohibet testimonium, & versic. sequenti, & in d. cap. de parentela, & Specul. infra eodem tract. de test. §. nunc tractari, versic. examinatione. Quidam præterea addunt, vt subdit Speculat. ibidem, num. 2. quod nulli parti suum testimonium pandat, donec fuerint publicæ attestations, vt habetur in cap. qui falso, 4. quest. 3. & in cap. fraternitatis, extra de testibus. & id, ne fortasse si alii testes examinandi sint, subuertantur. cap. vltra, extra de testib. Si enim hoc iureiurando non promittant, licet post depositionem eis iniungatur viam præstiti iuramenti, quod dictum suum nulli reuelent, ad hoc non tenentur, cum id non iurauerint. c. clericus, extra de iureiur. Præterea volunt, vt iudex vltimo loco dicat, ita obseruabis, sic Deus te adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia, si autem testes prædicti ad probandam consanguinitatem inducantur, iuramento addere debet, ita à suis maioribus audiuisse, vt ipse deponit, & ita esse credere. c. quoties, & cap. licet ex quadam, extra de iureiur. hac ex Speculat. in loco prædicto. Addendum prædictis adhuc est, quatenus ad iusiurandum testium pertinet, vt illud quod dixit Cynus in l. testium. in 1. quest. C. de testibus. & illud, quod voluit Iodocus in praxi rerum ciuiliu, in cap. 166. de testium iuramento, num. 5. quod Brugis in vsu esse ait, & non admodum superiori formæ dissimilis est, videlicet, ego iuro ac promitto dicere veritatem de & super omnibus & singulis, de quibus fuero interrogatus, quatenus concernant negotium, & causam su-

per qua productus sum, tam pro vna quam pro alia parte, aut partibus, & quod nec amore, nec odio, nec timore, nec pretio, nec pro vlla re mundi, quam mens humana excogitare, aut concupiscere, aut odisse, aut lingua loqui poterit, veritatem tem cognitam subtricebo, ita me Deus adiuuet, &c. §. 1. in Authent. de testib. col. 7. & d. cap. hortamur, 3. questione 9. & d. cap. de parentela, 35. quest. 6. & cap. cum dilectus. & cap. qualiter. extra de accusat. & in cap. pura, 3. quest. 9. Et quod dicent veritatem pro vtraque parte, d. authent. quod iudex. C. de episcop. & cleric. & cap. cum veniens, il. 2. extra de testib. & Masuerius, in sua praxi, in rub. de testib. Huiusmodi autem iurandum testes prædicti præstare debent præsentem aduersario, vel contumaciter absente, ut mos est, nisi aliter in partes fuerit contentum. cap. 2. extra de testib. & habetur in authent. sed & si quis. C. de testibus. & cap. carta, 3. quest. 9. nam alioquin testium examinatio nulla esset, argum. cap. 2. cum sequen. 3. quest. 9. & l. de vnoquoque. ff. de re iudic. & l. nam ita Diuus. ff. de adoption. Præterea ad deo necesse est testem in sua depositione iurare, ut iudex licet liberum procedendi arbitrium sine solemnitate habeat, ad condemnationem tamen vel absolutionem ex dictis testium non iuratorum procedere non possit, ut inquit Bald. in l. presbyteri, la. 1. col. fin. versic. quero aliud. C. de episcop. & cleric. per ea. quæ voluit gloss. in clem. sape, extra de verbor. signific. & rursus idem tenet Bald. in l. milites, in fin. C. de testam. milit. & Ioan. de Imola in l. filius familias, col. 4. ff. de donation.

C A P. CV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurare etiam tenentur illi, qui administrationem accipiunt.

Quadragesimosexto illi etiam, † qui administrationem accipiunt hoc modo iurant, ut habetur in Authent. iuraran. quod præsta. ab his, qui administrant. accipi. in princ. Iuro ego per Deum omnipotentem, & filium eius vnigenitum Dominum nostrum Iesum Christum, & Spiritum sanctum, & per sanctam gloriosam Dei genitricem, & semper virginem Mariam, & per quatuor Euangelia, quæ in manibus meis teneo, & per sanctos Archangelos, Michaelem & Gabrielem, puram conscientiam, germanomque seruitium seruaturum sacratissimis nostris Dominis Iustiniano, & Theodora coniugibus occasione traditæ mihi ab eorum pietate administrationis, & omnem laborem & sudorem cum fauore, sine dolo & sine arte quacunque suscipio in commissa mihi ab eis administratione de eorum imperio atque republica, & communicator sum sanctissimæ Dei catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ, & nullo modo, vel tempore aduersor ei, nec alium quemcunque permitto, quantum possibilitatem habeo. Iuro quoque idem iurandum, quia nulli penitus, neque dedi, neque dabo, occasione date mihi cinguli, neque occasione parrocini, neque promisi, neque professus sum de fide dominici suffragii, neque famosissimis præprouincia mittere, neque mittam, neque occæctis administrationem habentibus, neque iis, qui circa eos sunt, neque alii hominum vlli: sed sicut sine

suffragio percepi cingulum, sic etiam pure me exhibeo circa subiectos piissimorum nostrorum Dominorum, contentus iis quæ statuta sunt mihi de fisco annonis, & primum omne habeo studium, ut fiscalia vigilanter inspiciam, & in deuotos quidem, & indigentes necessitate cum omni exigam vehementia nequaquam subinclinatus, neque ob hoc lucrum ipsum considerans, aut per gratiam, vel odium exigens aliquem citra quam competit, aut concedam alicui deuotos, aut paterne tractabo & subiectos piissimorum nostrorum Dominorum illa flos vndique, quantum possibilitatem habeo custodiam, & æquus in causis vtrique parti, & in publicis disciplinis ero: nullique parti citra quam iustum est, præstabo, sed exequar vniuersa dicta, & omnem æquitatem seruaabo, secundum quod mihi visum fuerit iustum, & eos quidem qui innoxii sunt, vndique innoxios illa solique conseruaabo: Noxiis autem imponam supplicium, secundum legem, & omnem iustitiam (sicut iam dictum est) in publicis & priuatis contractibus eis seruaabo, & si comperero fiscum in iustitiam pati, non ego solum hoc ago, sed etiam mihi semper assidentem studebo assumere, & circa me omnes, ut non ego purus quidem sim: qui vero circa me lunt furantur, & delinquant, si quis autem inueniatur circa me talis, quod sit ab eo, me sanare & eum expellere. Si vero non hæc omnia ita seruaaero, recpam hic & in futuro sæculo in terribili iudicio magni Dei Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, & habeam partem eum Iuda & lepra Giezi, & tremore Cain, insuper & pœnis, quæ lege eorum pietatis continentur ero lubeictus.

C A P. CVI.

Argumentum constat ex Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurare etiam tenentur illi, qui literarum comparationem faciunt.

Quadragesimosextimo de † eorum iureiurando, qui literarum comparationem faciunt, habetur in l. comparationes. §. omnes autem. C. de fide instrum. dum ibi dicitur omnes autem comparationes non aliter fieri concedimus, nisi iuramento antea præstito ab iis, qui comparationem faciunt, fuerit affirmatum; Quod neque lucri causa, neque inimicitii, neque gratia tenti huiusmodi faciunt comparationem, & hoc obseruari tam in omnibus sacris nostris scriiniis, quam in apparitione omnis sublimissimæ præfecturæ, nec non magistræ potestatis, cæterisque omnibus iudiciis, quæ in orbe nostro constituta sunt, his omnibus in postetum obseruandis.

C A P. CVII.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum Notarii, quid comprehendat.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurare etiam tenentur notarii in creatione.
- 2 Infamis a partibus rogatus instrumentum conficit.

3 Tabellio

3 Tabellio de nullo & illicito contractu, an instrumentum conficere teneatur.

4 Tabellio conficiens instrumentum de usuris, an ad restitutionem teneatur.

Quadragesimo octavo notarii † & tabelliones in principio sui officii sex iurare debent, ut voluit Hostiens. in cap. sicut te, extra ne clerici vel mona. & ibidem refert Abb. nu. 19. & ita inquit consuetudinem obseruare. Primum est, quod de his quæ videbit, & audiet & requisitus fuerit sine diminutione veritatis, & commixtione falsitatis conficiet instrumenta, & ideo si requisitus instrumentum non conficiat est piurus: & ideo ut ipse existimat suis instrumentis postea non crederetur, argumento tex. in c. testimonium, extra de testibus, vnde subdit Abb. ibidem, notandum esse hoc dictum, & colligi videri notarium periurium instrumentum conficere non posse, quod verum non esse Abbas arbitratur: Quia etiam infamis † si rogetur à partib. instrumentum conficere potest, ut notat Bar. in d. l. 3. ff. ad l. l. l. repetun. vbi requisitus semper instrumentum conficere potest, nisi in officio falsitatem committendo deliquerit, ut est tex. in l. si aliquid. c. de suscept. & arch. lib. 10. & facit illud, quod notat Inn. in c. fraternitatis, extra de heret. Præterea quod notarius requisitus instrumentum facere teneatur, facit quod dicitur de seruo publico, ut habetur in iuribus supra deductis, & ideo non debet, nec potest officium suum alicui denegare. Secundo loco iurare tenetur, secreta sibi commissa cælare, id quod verum est, & procedit, cum ei ex iusta causa silentium imponitur, alioquin cum sit persona publica, debet palam & non clam instrumenta conficere, argumento eorum, quæ habentur in ca. 1. & eorum, quæ ibi notantur, extra vt ecclesia benefi. & ideo dicitur, quod si notarius pandit alteri parti attestations antequam publicentur, periurus dicitur, ut inquit Bal. in l. si col. fin. versicu extra quaritur de dictis, c. de eden. dum vult, vt pœna falsi teneatur, per text. in l. si quis. §. instrumentum. ff. de pœnis. Tertio etiam iurare tenetur, quod de usurario contractu, vel in fraudem usurarum ab initio nullum conficiet instrumentum. Abb. tamen in d. cap. sicut te nu. 20. extra ne clerici, vel mona. vult, vt † de nullo & illicito contractu instrumentum conficere teneatur, alioquin puniendus sit, & ab officio deponendus, aut remouendus, vt habetur in l. iubemus. c. de sacros. eccles. vbi notat etiam Bart. Dixit tamen Butrius in eo c. quod notarius de contractu usurario conficiens inuentarium, est periurus: id quod voluit etiam Arch. in c. sicut in suo. 16. dist. vbi Doct. in fine. Qui illud addit, vt deinde testificari non possit, cum sit infamis, cui actus legitimi sunt prohibiti & interdicti, & hæc inquit firmare Hostien. in summa. in tit. de usur. §. penul. ver. quid de notariis. Et † an tabellio conficiens instrumentum de usur. teneatur ad restitutionem usurarum tradit Lauren. Rodulf. in tract. de usur. q. 57. & Bal. in c. imperialem. §. callidis. in fi. in ti de prohib. seu. alie. per Fed. dum ibi habetur, notarium conficientem scienter instrumentum super contractu in fraudem usurarum facto, ab officio tabellionatus remouendum esse, & Ang. in l. si sciente. ff. de parric. post Rain. sub dubio forte tenet, vt ad restitutionem teneatur: Quæ autem pœna teneatur notarius super de illicitis rerum ecclesiasticarum alienationibus instrumenta conficiens, est text. in c. non liceat Papa. 12. q. 2. &

in c. si quis presbyterorum, extra de rebus ecclie. non alien. Quarto præterea loco iurare debent, omnium instrumentorum, quæ reddet apud se protocollum retenturum esse, vt videtur text. in capitu. quoniam contra. extra de proab. Quinto etiam loco iurare debet, quod erit fidelis illi, à quo constituitur, & si sciet damnnum suum tractari, illi reuelabit, vel ipsemet, vel per nuncium. Sexto loco iurare debet, quod officium sibi iniustum exercebit cupiditate, amore, odio & timore remotis, secundum bonam conscientiam, vt inquit Spe. in ti. de instrum. edit. §. restat. ver. sed quero sub qua forma.

C A P. CVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iurare tenentur etiam tutores, & eorum iuramentis forma.

Quadragesimo nono † de iuramento tutoris meminit Speculator in titu. de tutore, & in specie in §. de testamenta. tutor. nu. 3. lib. 1. & inquit hunc in modum, cum talis in suo testamento manu talis scripto talem tutorem suorum filiorum reliquisset coram iudice constitutus petiit talem tutelam sibi eius auctoritate constitui, & ideo dictus tutor, vt inquit ibidem Specula promittit notario stipulanti, & recipienti vice & nomine dictorum pupillorum, & corporaliter iurare debet ad sancta Dei euangelia, omnia & singula vtilia ipsis pupillis facere, & inutilia prætermittere ipsorumque res & personas ad commodum, & vtilitatem eorum bona fide custodire & saluare: inuentarium de rebus eorum facere, & administrationis suæ rationem tempore debito reddere, cum integra residuorum resignatione, eo saluo quod semper vti valeat veritate, & de hoc iuramento meminerunt Bart. & alii in l. Prator in Prin. ff. de oper. noui nunc.

C A P. CXI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramenti calumnia forma.

Quinquagesimo hanc † iuramenti formam ponit glo. in c. 1. in verbo, calumnie. extra de iurament. calum. dum vult in huiusmodi iureiurando tria capita contineri. Primum est, quod credat bonam & probabilem causam habere. Secundo de hoc interrogatus non neget, quod verum esse credat, nec vtetur scienter falsa probatione, & quod dilatione non petat fraudem. Tertio quod nec dedit, nec promisit, nec promittet aliquid pro hac causa, nisi illis personis, quibus leges dare permittunt. l. secunda, in princip. c. de iuramento calum. & Auth. principales, & in auth. vt litigan. iur. in exord. in princip. collat. 9. vnde versus.

Illud iuretur quod l'is sibi iusta videtur.

Et si queretur, verum non inficietur.

Nil promittetur, nec falsa probatio detur.

Vt lis tardetur, nulla dilatio detur.

EE

CAP.

CAP. CX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Iuramenti forma, quam præstat excommunicatus, cum absoluitur.*

Quinquagesimo primo iusiurandi, † quod præstat excommunicatus, cum absoluitur, forma huiusmodi est, vt habetur in *c. ex tenore, extra de senten. excommu.* vt episcopi mandato pareat, & facta huiusmodi promissione absoluitur, & ei in vim iuramenti episcopus præcipiat, ne deinde in clericum, monachum vel alicuius religionis conuersum manus iniiciat violētās, nisi se defendēdo, aut de mandato suorum fecerit prælatorum, vel nisi super eum prælationis ministerium, aut magistrum habeat, aut cum ipso in eadem ecclesia socius esse noscatur. Dicit tamen Abba. in *dict. capitu. cum desideres. num. 4. extra de senten. excommu. in tertio notab. hoc iuramentum, quod præstabant absoluendi ab excommunicatione, de quo in dicto capitu. ex tenore, ex quadam ecclesiæ consuetudine introductum fuisse, & ideo inde inferri tale iuramentum de substantia absolutionis, non esse, sed videas Abbat. in *d. c. cum desideres, nu. 6.**

CAP. CXI.

ARGUMENTUM.

Iuramentum Abbatis Episcopi prælati inferioris, cardinalis, quomodo fiat.

SUMMARIUM.

- 1 *Episcopus si pro teste examinetur, an debeat iurare tactis Euangeliis, vel supra pectus suam, & quid de Abbate & alio prælati inferioribus.*
- 2 *Iurare episcopus, Abbas & alii prælati inferiores, quomodo debeant, & quid tangere iurando.*
- 3 *Cardinales si examinentur vt testes, tactis scripturis iurare debent.*
- 4 *Iuramenti qualitatis, cum dubitatur, in potiori significato intelligi debet.*

Quinquagesimo secundo quæri etiam solet de forma iusiurandi episcopi † pro testimonio ferendo, an tactis scripturis ferri debeat, & quid de Abbate, † & aliis prælati inferioribus, & quid de Regibus, Ducibus, & aliis magnis Dominis laicis. Hac de re Francisc. Marci *quæstio. 377. volum. primo.* dicit, testes regulariter tactis scripturis iurare debere, alioquin testimonium non subsistere, *capitu. nuper, & capitu. tuis, extra de testibus, & l. iusiurandi, c. de testibus,* nisi eis iusiurandum partium consensu remittatur, vt ibi habetur, quia iuramentum corporale tactis scripturis ferri debet, clementi prima, §. porro, extra de hæret. De quo etiam per gloss. in *capitu. primo, §. item sacramenta, in tit. de pace iuramen. firmam.* contrarium tamen est, si episcopus in testem producat, propterea quod satis est, si verbis iuret, ponendo tamen manus ad pectus suum, dummodo ibi in eius conspectu adint Euan-

gelia, l. nec oneri, & in *authentic. sed iudex. Cod. de Episc. & cleric. & in capitu. nec onere, vndecima quæstio. prima. & capitu. episcopus, & capitu. primo, in fin. & capi. final. extra de iuramento calumnia.* Et ideo inquit Castren. in *dict. authen. sed iudex*, aliquando accidisse, vt quidam Cardinalis, vt testis deponere deberet, iudex per manus ad pectus appositionem ei iusiurandum detulit, etsi contrarium velle videatur gl. in *c. cum olim, il primo, extra de priuileg.* dum inquit, Cardinali † credendum non esse, nisi iureiurando deponat, & ideo vt de solemnī iureiurando, videlicet tactis scripturis, intelligat † tanquam in potiori significato, dicendum est.

Limitatur autem illud, quod de Cardinalibus diximus, in Cardinali episcopo: quandoquidem in eo casu iure Episcopi vti potest: & ideo cum in testem producit, verbis tantum apponendo manus ad pectus, extantibus in eius conspectu euangelis, satis est, vt supra diximus. Abbates autem & alios inferiores prælatos huiusmodi priuilegium non habere certum est, nam in episcopo qui consecratur, diuersa ratio est, ab Abbatibus quibus benedicuntur tantum, vel vt benedicuntur, vt dicunt Doctores & si sint nonnulli Abbates, qui iura episcopalia habent, vt inquit Innocentius, in capitu. statuimus, extra de transactio. & voluit gloss. in clementina secunda. de rebus eccles. non alienan. Id autem quatenus pertinet ad Abbates, relinquit eodem in loco Francisc. Marci cogitandum, *numero tertio.* & idem dicit quo ad alios prælatos inferiores.

CAP. CXII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Iusiurandum Regum, Ducum & aliorum Principum superiorum non recognoscentium.*

Quinquagesimo tertio Reges autem, † Duces & alii Principes superiorem non habentes, nec recognoscentes, satis est si fidem dando iurent, vt inquit Ioan. Andr. in *c. primo, de sepul. lib. 6. & facit text. in capitu. nobilissimus, 45. distinct.* Nam clementina prima, de probatio. qua disponitur, verbis bullæ Papæ narratiuis de facto proprio credendum esse, in principibus quoque secularibus locum habet, vt inquit Bal. in *cap. cum à nobis, extra de testibus videat de hoc Franciscum Marci eod. in loco, num. 4.*

CAP. CXIII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 *Iurare Campiones, quando & quomodo debeant.*

Quinquagesimo quarto iurare debent † etiam Campiones pro senibus, minoribus & mulieribus electi corporaliter in forma, cum locum duelli (vt moris est) ingressi fuerint: Iurare autem debent suos dominos & principales, pro quibus sunt pugnaturi, & veritate & iustitia niti existimare, pro eisque omni studio ac diligentia, omnibus

busque viribus suis pugnuros esse, vt habetur in lege Federici Imperatoris, in titulo de iuramen. praestan. Campio. postquam intrauer. circulum pugna. & tradit Bald. in l. prima. colum. decima, in titu. de pace tenen. & Paul. de Ligna. in vlt. sua addition. in librum Ioan. de ligna de Bello, in capit. 194. & tradit Iulius Ferret. in tractat. suo de duello, in §. seu. versic. Duellonam, num. sexagesimo secundo, folio. 22. in quibus principales pugnantibus quandoque iurare illud verum esse: quandoque vero se credere illos, pro quibus pugnavit, ius habere. Quod autem verum sit, & ita iurare teneatur, vt habetur in l. prima & secunda. C. de iuramen. calum. & l. illud. ff. ad legem Aquiliam, & l. fina. C. ad l. Cornel. de fals. & capit. transacto, extra de constitutio. & l. mentio in Longob. Qualit. quis se defend. lib. 11. & si reus de iure ad iurandum cum compellatur, circumducta consuetudine, vt voluit Ioan. de Ligna. in libro de bello, in capit. 179. & tradit iterum Iulius Ferret. in tract. de duello, in d. §. duellonam antiquorum. nume. 61. & 62. folio 22. & in consilio 10. numero secundo, cum sequen. Inquit etiam Andreas de Isernia super constituto. Regni vtriusque Sicilia, in rub. qualiter Campio. tenean. pugna. in gl. in verbo, corporalia, iure Longobardorum obseruari, vt qualiter pugna tam ab accusatore, quam reo sacramenta praestari. Accusator enim iurat rem ita se habere: reus vero e contra ita non esse, & ideo in casibus, in quibus lex madat pugnam propter suspicionem fieri, accusator de actu iurat, reus vero ita non esse. Quidam tamen ita distinguunt, aut quis de eo accuset, quod ad eum principaliter non pertinet, vt puta de publico crimine, & tunc rem ita se habere iurare debet, vt habetur in l. in Lombar. de male. & pub. crimi. Id quod inde ibi probatur, quod dicit dolose, quando quidem scire non posset, an dolose accuset, vel non, si de actu iurasset, & primam opinionem veriore dicit, & habetur etiam in l. si quis alium astum mentis, in titu. Qualit. quis se defend. deb. Rursus Andreas de Isernia super constituto. vtriusque Sicilia, in rub. de except. nostri. ponenda titulo 20. in verbo, exceptiones, in versic. in tex. obicit sacramento, notat formam sacramenti, secundum quam iurat conuentus, qui dilatoriam exceptionem obicit, videlicet quod non animo iudicii differendi ipsam opponit, sed vt sua causa releuetur, & consideret se esse probaturum, id quod in peremptoria quoque exceptione esse arbitratur, vt scilicet iuret in causa eodem modo, vt notat gloss. illius constitutionis, quae incipit, nota quod super hoc, & infra in dictis constitutionibus, vt habetur in l. si exceptio. in tit. de except. malit. oppo. & Paris de Puteo libro primo, de re milit. capit. 18. & in capit. si prouocatus, in volum. Putei, & in capit. an prouocatus. Alii volunt vt ille qui succumbit, ratione periculi sit proditor. Sed hi sine ratione mouentur, quia quilibet intelligitur sanguinem suum per fas & nefas defendere l. transigere. ff. de transactio.

C A P. CXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iurare, quomodo debeat domesticus & familiaris illius, cui iurat, vel si ille qui ita iurat fidelitatem,

non habet feudum, sed est sub eius iurisdictione. cui iurat, quomodo iurare debeat.

Quinquagesimo quinto, si vero † domesticus, id est familiaris eius sit, cui iurat, si ideo iurat fidelitatem, non ob id quod feudum habeat, sed quia sub eius iurisdictione sit, tunc nominatim vitam, membrum, mentem & eius rectum honorem custodire, iurare debet.

C A P. CXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iurare quomodo debeant officiales & iustitiarum, qui iurant in manibus viceprotonotarii.

Quinquagesimo sexto forma † autem officialis & iustitiarum, quae in manibus viceprotonotarii iurant, est talis, vt inquit Afflict. in tit. qualiter vassalli iurare debeant fidelit. num. 7. & habetur in constit. Regni, inter cetera, lib. 1. ad qua loca me refero, cum non sint iuris communis.

C A P. CXVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iurare Baiuli & camerarii, quomodo debeant.

Quinquagesimo septimo est † etiam forma iuramenti baiuli & camerarii, de quibus habetur in constitutione regni, Baiuli locorum, & in constitutione regni, puritatem.

C A P. CXVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramenti clericorum Placentinorum forma.

Iurare autem debent clerici Placentini, vt habetur in cap. cum clerici, extra de verbor. signif. hunc in modum. Ego talis ab hac hora in antea fidelis ero, & obediens Placentinae ecclesiae, & D. meo Episcopo Placentino. sed quia ex praedictis iuraturandi verbis dubitari poterat, an de clericis totius ecclesiae, an de capitulo tantum ecclesiae cathedralis intelligendum esset. Ideo summus Pontifex hanc dubitationem resoluendo inquit. Nos igitur taliter respondemus, quod per ecclesiae Placentinae vocabulum in forma iuramenti praestiti non debeat intelligi totius dioecesis clerus, & si capitulum intelligant ecclesiae cathedralis, is tamen qui praestat huiusmodi iuramentum episcopo tanquam capiti principaliter obligatur.

C A P. CXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Iuramenti fidelitatis alia forma.

Quinquagesimo octavo forma † iuramenti vassallorum, de qua diximus supra capite 39. ad-

ditur illud, quod dixit Spec. in lib. 4. de feu. §. quoniã in fi. nu. 72. in hæc verba vobis Domino tali D. Papę capellano patrimonii beati Petri in Tuscia ciuitatis quoque ac Diœcesis Reatinę in spiritualibus & tēporalib. Rectore & Capitaneo generali recipienti vice ac nomine Rom. eccles. & sanctissimi Patris D. talis Papę & successorum eius canonice intrantium. Illi autem, qui præstant iuramentum, ita debent respondere: Ego talis promitto pro me, meisq; hæredibus in perpetuum, & iuro quod ab hac hora in antea ero fidelis Ecclesię Rom. & dicto tali D. Papę, tali domino meo, & eius successorib. canonice intrantibus contra omnem hominẽ, & vniuersitatem, & nunquam ero in facto, vel consilio, quod ipse, vel ipsi, vel vos vitam vel membrum perdatis, vel perdati, vel in persona vel in personis recipiant, vel recipiat aliquam læsionem, iniuriam, vel contumeliam, vel q̄ mala captione capiantur vel capiãmini, vel quod aliquẽ honorem, vel regalia, quem vel quę, non habet ipsa ecclesia Romana hic vel alibi, vel in antea habebit amittat, & si sciuerõ, vel audiuerõ aliquem, vel aliquos contra ipsos, vel contra vos quicquã velle facere, pro posse meo impediam, & si impedire nequiuerõ, sibi seu vobis quã cito poterõ nunciabo, & si quod secretum mihi manifestauerint seu manifestaueritis, illud sine ipsorum seu vestra licentia nulli pandam, vel per q̄ pandatur faciam, sed & si consilium vel auxiliũ postulauerint seu postulaueritis, id bona fide impendam, nec vnquam in persona mea aliquid scienter faciam, quod ad eius vel eorum, vel vestram pertineat iniuriam, vel iacturam. In minorib. autem locis, qui sunt de dominio dictę Ecclesię Romanę homagium & fidelitas recipitur à singulis hominibus vt dixit Spec. in eo. ti. in ver. porro. & ideo subdit, quod quãdo ciuitas Bononię & prouincia Romanodiolę ad ecclesiam Romanam peruenerunt, vt notatur in c. rescrip. §. ratione causę. ver. Item q̄ est obtentum, sacramentum fidelitatis à Barõnib. & à syndicis omnium vniuersitatum in generalib. parlamentis, nec non à singularibus personis recipimus sub hac forma. Talis iuro quod ab hac hora in antea fidelis & obediens ero beato Petro Principi Apostolorum, & vobis, sanctissimo patri N. Papę, vestrisque successoribus canonice intrantib. sanctęq; apostolicę Romanę Ecclesię, non ero in consilio aut consensu, vel facto, quod vitã perdati, seu membrum, aut capiãmini mala captione, consilium quod mihi credituri estis per vos, aut per nuncios vestros, siue per literas ad vestrum damnum, me sciente, nemini pandam, & si sciuerõ fieri vel procurari seu tractari aliquid, quod sit in vestrum, vel ecclesię prædictę damnum, illud pro posse impediam, & si impedire non poterõ, illud vobis, & ipsi ecclesię significare curabo Papatum Romanũ & regalia, sancti Petri iura, iurisdictiones vestras & successorum vestrorum ac Romanę Ecclesię tam in ciuitate eiusque territorio & districtu, quam alibi vbicunq; existentia adiutor ero vobis, & ipsis successoribus, ac etiam ad retinendum, defendendum, recuperandum & recuperata manutenendum contra omnem hominem. Hęc autem forma sumitur ex c. ego. distinctio 63. & ex cap. tibi. extra de iureiuran. & habetur in c. Est & alia. in ritul. de noua fidelit. forma. de qua tradit Hostiens. in rubr. de feud. §. quid si

fidelitatis. versic. est & alia. Præterea de hoc fidelitatis iuramento loquitur Stepha. Bertran. in consi. 181. numero tertio, volum. primo. & ponitur in cap. primo. in vers. aut si ideo iurat, & c. in ritul. qualis. vasa. iura. debe. fidelit. Et est huiusmodi videlicet quod ad eorum posse saluabunt vitam, membra & personam, & honorem domini, & vitabunt eius mortem, & est secundum Andr. de Ifern. Bald. Aluarot. & Præposit. in cap. primo, suppletur dicta forma per illud, quod habetur in cap. tibi domino, distin. 63. scilicet, quod pro eorum posse eundem dominum exaltabunt, & quod vitam aut membra nunquam neque honore ipsũ, quem habet eorum voluntate, aut consilio, aut consensu aut exhortatione perdet. Et quamuis Andr. de Ifern. in dicto capitu. primo, in titu. qualis. vasa. iura. debe. fidelit. senserit prædictam formam supplendam esse per ea, quę habentur in capitulo primo, in titu. de noua fidelit. forma. Et sic vt subditi ratione iurisdictionis iurare teneantur, & debeant per ea, quę habentur in dicto capitu. primo, in titulo de noua forma fidelit. ea potissimum ratione, quod ibi de feudo mentio nulla fiat seu beneficio, quod feudum appellatur. Aluar. tamen & Præpositus aliter sentiunt, & dicunt à forma tradita in dicto capitu. primo, in titu. qualis. vasa. iura. debe. recedendum non esse, cum ille text. differentiam inter iuramenta vasallorum, & iuramenta domesticorũ seu familiarium, & subditorũ facere velit. Id quod vt ipsi quoque referunt, sentit gloss. in dicto capitu. primo, in tit. qualis. vasa. Et hoc secundum eos procedit, nisi consuetudo aliter obseruet, cui standum est: & ideo prædictę formę addendum esse dicunt ex iis, quę habentur in capitu. primo, in princip. in titu. de controuers. inuestitu. prout exponunt Doctor. verbum fidelis, in dicto capitu. primo, in ritul. de forma fidelit. tum quia, vt prædiximus, text. in dicto capitu. primo, in tit. qualis. vasa. iura. debe. fidelit. inter prædicta iuramenta differentiam facere voluit. Illud etiam adnotandum vltimo loco est, hæredem vel agnatum filium in feudum succedentes nouam inuestituram & nouum fidelitatis iusurandum præstare debere infra annum, capitu. primo, in titu. quo tempo. miles. & tradit Menoch. in consilio 61. numero 30. Ratio autem esse potest, quod iuramentum est quid personale, cap. veniens, extra de iureiuran. vbi Docto. & notant Bal. in capitu. que in ecclesiarum, col. penult. vers. sed nunquid, extra de constitutio. & Aluar. in cap. primo, in princip. num. 7. in tit. que sit cau. benef. amitten. & Iacob. à sancto Georgio in inuestitu. feudo. in verbo, qui quidem inuestitus. colum. 9. versic. amplius dico, & didacus in capitu. quamuis. par. prima. §. 5. numero 5. versicu. 7. maxime. de pact. in 6.

CAP. CXIX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

I. Iusurandum fidelitatis triplex est.

QVinquagesimonono prosequẽdo itaque rem propositam, & ea quę infra dicenda sunt animaduertendum est, ¶ triplex esse fidelitatis iuramentum: Quoddã enim est, quod præstatur à vasallo domino feudi ipsius feudi causã, Aliud vero, quod

quod à domestico præstatur, seu familiari familiaritatis causa, seu occasione, seu (vt dicunt Docto.) domesticitatis. Tertium & vltimum est, quod ratione iurisdictionis præstatur iis, qui originarii sunt in terra, seu in territorio alicuius domini habitant. De his enim tribus speciebus iuramenti tradit idè Stepha. Bertran. *in consil. 202. nu. 3. vol. 1.* Multa tradit de hac fidelitate Ceph. *in consil. 176. per tot. volu. 2.* Itè de hac forma tradit etiam Hierony. Grat. *in consil. 1. nu. 23. ver. maturius vero. vol. 1.* intelligens illa verba, si sciuerit vel audierit de eo, qui aliquid contra aliquè facere velit, vt pro viribus ipsum impediatur: & illa alia verba, & si impedimentum præstare nequiuero quam cito poterò, tibi nunciabo. ponderando illa verba, iuro nunciare, quam cito poterò, quæ simpliciter prolata sunt, & non distinguuntur, an dominus sciuerit vel ignorauerit, vt ibi ille latius prosequitur.

CAP. XX.

ARGUMENTVM.

Iuramentum fidelitatis quando non sit necessarium.

SUMMARIUM.

- 1 *Casus, in quibus iusurandum fidelitatis non requiritur.*
- 2 *Iuramentum fidelitatis qui præstare non tenentur, non admittitur ad feudum.*
- 3 *Iuramentum fidelitatis mulier, an præstare teneatur.*
- 4 *Mulieribus arcana non sunt committenda.*
- 5 *Mulieribus plura virilia munera interduntur.*
- 6 *Mulieres à feudali successione ob iusurandum fidelitatis prorsus repelluntur, & in quibus id limitatur.*
- 7 *Feminae sunt capaces feudi franchi, & in quibus alii.*
- 8 *Feudum proprie non dicitur, cum munus aliquod reale à vasallo promittitur.*
- 9 *Mulieres fidelitatem iurare non tenentur, & ideo ad feudum non admittuntur.*

PORTIUS *in consil. 1. nu. 13.* in illis casibus iuramentum fidelitatis non esse necessarium existimat. Et imò *ibidem nu. 37.* vult, vt ob id ille, qui illud præstare non tenetur, ad feudum non permittatur, & id maxime in mulieribus locum habere arbitratur. Ratio autem est mutatio, & facilis mutationis mulieribus innata qualitas, & muliebris consilii imbecillitas. His enim de causis eas repelli canonis ratio, vt remoueantur prorsus suadere videtur, ne alioquin periuriis via aperiatur, & quanto. & *cap. cum contingat, extra de iureiur.* Nam, vt inquit Maro.

Varium & mutabile semper Fœmina.

& Poeta noster Etruscus, vt inquit Port. *ibidem ait.*

Fœmina è cosa mobil per natura.

& ideo Domini arcana, quod substantia iurifurandi fidelitatis est, eas vix retinere, & nõ propalare credendum est, vt inquit Bald. *in l. quoties. nu. 7. C. de suis & legit. vbi tradit etiam Corn. & rursus Bal. in l. fin. C. de here. inst. in 6. oppositione, & Deci. in l. fœmina. nu. 14. ff. de reg. iur. vbi Cag. n. 3. & Io. Ardi. in d. summa, in*

ti. qualiter iurare debeat vasallus. versitem minor. Et imò Plutarchus in vita Marci Bruti, de Porcia Catonis filia, & Bruti vxore id dicendum non esse ostendit, dum inquit: Cæterum Brutus veluti vir, qui in vrbe, dignitate, genere ac virtute prior erat secum rem meditans, & omne periculum secum voluens, & in difficultatibus ipsius rei immorans vxorè vnà quiescentem minime latuit, quæ insolitæ curæ atque turbinis plenus erat, quod qui indissolubile quoddam, & male ferendum consilium apud se mouebat. Hæc erat Portia filia Catonis, habuerat hanc ab auunculo Catone Brutus in coniugem, non ex pueritia, sed eius priore viro defuncto, quam adhuc puellam ex illo filium paruam habentem nomine Bibulum ipse duxerat. Huiusce Bibuli opusculum quoddam de gestis Bruti seruatur. Cū sapiens esset Portia & viri amatrix, propterea autem vanæ dignitatis referta: non prius est ausa virum de arcana sui cordis interrogare, quam sui ipsius hanc experientiam lumeret. Paruum accipiens culturæ, quò tonsores auferunt vngues, omnesq; thalamo pedisequas pellens profundum vulnus sibi egit in crure, ex quo non pauci sanguinis fluxus erupit, deinde post paucum vehementes dolores, & horridæ febres, & plaga ipsa corripuere. Qua in re anxio Bruto atq; id grauiter ferente, cum dolor acrius eã vrgeret ad eum sic est locuta. Ego Brute, Catonis filia tuæ domui data sum. non quemadmodum pellex, vt cubilis solum & mensæ tecum particeps fierem, sed vt tecum læta communicarem simul & tristia: Quæ ex tuo coniugio mihi omnino sunt, queri nõ habeo, quæ vero tibi ex meo sunt, quam habent demonstrationem siue gratiam apud te, nisi passionem tuam ipsa pariter feram & curas fide dignas ego quoq; tollerem. Scio mulierum naturam fragilem esse ad arcana ferenda. Sed esto Brute, vis quædam & bonæ educationis, & optimæ consuetudinis ad ingenium mihi & Catonis esse filiam Bruto coniugem datam esse. His hactenus minus credidi, nunc me ipsam agnoui ad laborem inuictam esse. Hæc locuta plagam ostendit & periculum, quod de se spon te fecit, aperuit. Tum exterritus Brutus & manibus ad cælum tendens Deos orauit, vt captis strenue sibi perfectis faxint, se virum Portia dignum esse, deinde vxorem solatus modeste est, &c. Redeundo tamen ad rem propositam, & si talis fuerit Portia, quin natura mulierum fragilis sit, & facilius ad propalanda secreta, imò leges eidem plura alia munera, quod earum natura sit fragilis interdixit. *l. fœmina. ff. de reg. iur. & l. fœmina. ff. de eden. & l. fœmina. ff. de procura. & toto tit. ff. ad senatuscon. Velleia.* Hæc autem cum huiusmodi sunt, receptissima veterum sententia videtur etiam ob causam fidelitatis iusurandum subeundi quod fœminas à feudali successione prorsus repelli, vt dixerunt Curt. & Ias. *in eodem tracta. de feudo. & Alex. in consil. 30. quoniam omne. num. 21. versic. ad tertium. vol. 1. & in consil. 9. & 10. ponderatus, & Dec. in consil. 139. & 193. & in d. l. nu. 64. in fin.* Id tamen, vt inquit Portius *in eo consil. numer. 4.* in casibus, in quibus fœminæ feudalis successionis capaces sunt, limitatur, quod vt puta cum feudum francum concedi proponitur. *l. 1. in tit. qui seu. dare poss. vbi Bal. in versic. quarit gl. & in c. obertus. ex quib. caus. seu. amit. vbi tradit etiam And. de Ifern. & Afflic. nu. 251. & in c. 1. §. quia vidimus, in tit. qui seu. da. poss. vbi Bal. in fin.* Item cum donationis titulo, vel emptiois acquiratur, velli-

gium est, & in aliis pluribus casibus, passim à Doctore. enumeratis, vt refert *Spec. in tit. de feu. in §. quoniam, num. 40. 41. & 42. & Bal. iterum in l. quoties. 6. de suis. & leg. & Ponta. in singul. 177. hodie femina. & sepius pertractatum atque ex facto responsum extat lac. de San. Georgio in tract. de feu. in ver. & feminis. & Cur. iun. in eodem tract. in 3. part. princ. q. 1. vbi ponit regulam ab ea exceptione subijcientes, & Caccialup. in tractat. de feu. cognit. in 6. art. num. 29. & Zasius in eodem tractat. parte 2. num. 10. & parte 8. num. 46. & Roman. in cons. 1. & in consil. 367. in versic. quo ad quintum, & Corne. in consil. 16. aperta fronte, versic. 1. vol. 1. & Decius iterum in consil. 32. nu. 4. & in consil. 85. num. 6. & in consil. 139. num. 1. vbi pariter si ligium sit, idem dicit, & Ruin. in consil. 18. nume. 17. & 19. volu. 1. quando conditionem feudum habet, & in consil. 23. num. 7. eod. tit. ibi si feudum pro annua mercede concessum sit, & Cardin. Paris. in consil. 4. vol. 1. & in consil. 12. & in consil. 16. num. 1. 2. & 3. eodem volum. 1. & Hieron. Grat. in consil. 2. num. 11. & 12. & in consil. 9. nume. 153. & 154. & sequentibus, volum. 1. In prædictis enim casibus fœminas feudalis successionis capaces esse doctores nostri censuerunt: Et præsertim, quia quatenus in iuramento continetur, & ideo à tali iureiurando, & ex consequenti à feudo repellendæ non videntur, vt tradit *Spec. in tit. locati. §. nunc aliqua. versic. quarto. in fin. & Bal. in c. si cautio. num. 14. extra de fide instrum. vbi huiusmodi feudum proprium non esse concludit. Nã cum munus aliq. reale à vasallis promittitur, non dicitur proprie feudũ. & iterũ Bal. in d. c. 1. §. & videmus, n. 9. ver. querit gl. in tit. de pace Constan. vers. libellarum. & nonnunquam veteres nostri ex facto consulti responderunt, vt puta Oldra. in consil. 270. nu. 9. vers. & aliud. & Roman. & Corne. in consiliis superius adductis. & Alex. in consil. 29. num. 1. & in consil. 36. nu. 4. & 5. vol. 1. & Curt. senior in consil. 62. num. 3. & Sec. in consil. 167. non inutilis. vers. quoniam enim. vol. 4. & in consil. 157. num. 2. vol. 2. & Decius in consil. 32. num. 4. & in consil. 137. nu. 6. & in consil. 139. num. 1. & in consil. 269. num. 6. cum vulgarib. Præterea de casibus, in quibus fœmina in feudum succedit, non obstante iureiurando, tradit Menoch. in consil. 65. per totum. Secundo etiam præcedens conclusio, ¶ quod mulieres fidelitatem iurare non teneantur, & ideo ad feudum admitti non possint, limitatur, si sint tales, quæ potius naturam virilem, quam fœmineam retineant: Quandoquidem non defuerunt mulieres, quæ & personalia obsequia dominis etiam proeundi in aciem præstare potuerunt, cuiusmodi fuit Iudith Austria Regina: Item & Zenobia Orientis, Isicratha Mitridatis vxor, & Cleopatra. Quocirca Mammam, alteram Amazones exussisse traditum est. &**

Panthasilea furens mediis in millibus arsit.

Idem quoque dixit Aristoteles Politicorum libr. 2. cap. 7. Laconum mulieres plurimum in bello potuisse, quod in Thebanorum aduentu ostendisse dicit: Non enim magis viles se præstiterunt, quam aliarum ciuitatum mulieres, & turbam inferebant magis, quam hostes. Ab initio igitur rationabiliter contigisse Lacedæmoniis videtur in mulieres indulgentia, nam propter miliciam multum temporis domo abfuerunt aduersus Argiuos, & deinde aduersus Archadas & Mefenios bellum inferentes. si igitur in hoc casu, quod in bello se exhibeant mulieribus feudorum successio conceditur, pari-

ter etiam de eis dicendum videtur, quæ reipublicam administrant, propterea quod in eis imbecillitas sensus abesse videtur, prout apud Lacedæmonios accidit, cum in eorum principatu multa à mulieribus administrarentur. Verum ad rem nostram redeundo, Isernias fœminas à nullo feudorum genere repelli quandoque censuit. *d. c. 1. in tit. qui feudare poss. ibi. nisi Romam, cum illi in exercitu perrexerint & Aluaro. ibidem in §. hoc autem notandum.* Fuerunt etiam aliis temporibus, vt in Romaniis nostris legitur, aliæ mulieres, quæ in certamina descendere, & etiam Florentiæ tempore obsidionis, quædam fuit mulier, licet non pudica, sed meretrix & concubina cuiusdam ducis, quæ sæpe cum eo ad certamina (quæ scaramuccias appellant) prodiret, & in locis vbi sunt factiones, & familiarum inimicitia plures mulieres, quæ cum hominibus congregiantur, & ad pugnas concurrunt. Verũ redeudo ad illas mulieres, quæ in reb. publicis administrandis interueniebant, Diuus Aurelius Augustinus in lib. 18. capite 9. de ciuitate Dei, inquit auctoritate Varronis, quod cum in loco vbi Athenæ sunt, cum apparuisset repente oliuæ arbor, & alio loco aqua erupisset, Regem prodigia ista mouerunt, & misit ad Apollinem Delphicum sciscitatum, quid intelligendum esset, quidue faciendum: ille respondit, quod olea Mineruam significaret, vnda Neptunum, & quod esset in ciuium potestate, ex cuius nomine potius duorum Deorum, quorũ signa illa essent, ciuitas vocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto ciues omnes vtriusque sexus: mos enim tunc in eisdem locis erat, vt etiam fœminæ publicis consultationibus interessent ad ferendum suffragium conuocauit. Consulta igitur multitudine mares pro Neptuno, fœminæ pro Minerua tulerent sententias, & quia vna plus est inuenta fœminarum, Minerua vicit: tunc Neptunus iratus marinis fluctibus exæstantibus terras Atheniensium populatus est: quoniam spargere latius quolibet aquas difficile dæmonib. non est, cuius vt iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem auctor ab Atheniensibus affectas esse mulieres, vt nulla ulterius ferrent suffragia, vt nullus nascentium maternum nomen acciperet, vt ne quis eas *ἀσυνάιας* vocaret. Patet igitur ex prædictis Athenienses mulieres aliquando in rebus publicis administrandis interuenisse, & ideo talis imbecillitatis dici non poterant, nec hodie possent, si tales essent, vt à feudo, & fidelitatis iureiurando repellerentur.

Non est etiam, quatenus pertinet ad mulieres belligeras, illud omittendum quod dixit Plutar. in lib. de claris mulier. ca. 6. de Celtis, dum inquit. Celtæ priusquã superatis Alpibus in Italiam tralucerent, cuius tempore Plutarchi non modicam incolebant partem seditionibus domesticis agitati, eo vsque discordiæ processere, vt ciuile inter se bellum conferrent, cumque armati iam vtrinque in acie constitissent, mulieres per media arma progressæ multis precibus lacrymisque illorum ad se flexere, vt omnia discordia in pacem ac beneuolentiam reuersi ad proprias domos omnes discederent: ex quo nata apud eos consuetudo posteris etiam temporibus mansit, vt quoties de bello sit eis aut pace consultandum, mulieres quoque eiusmodi consultationi adhibeantur. Præterea si qua aduersus socios inciderit controuersia, ex mulierum

sententia

sententia eandem componere soliti sint. Ita inter conditiones, quas cum Annibale pepigerunt, hoc etiā scriptū pene versib. reperitur, si quis Celtarū iniuria se à Carthaginensiu aliquo affectum quereret: eius rei Carthaginensium magistratus, aut Imperatores, qui in Hispania fuerint iudices sumito: sin Carthaginensium quisque Celtarum iniusti quippiam ausus iuerit, Celtarum mulieres de ea re iudicium faciunto.

CAP. XXI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

iuramenti forma, quam tenetur prestare mulier Baronis, sub cuius baronia feudum situm est in dote.

SEXAGESIMO præterea Matthæus Afflic. in secundo lib. constitu. vtriusque Sicilia, in constitutio licentiam. §. mulier, que dotarium, numero 14. in tex. ibi, de vita, membris & captura, &c. † formam illius iuramenti refert, quam mulier Baronis præstare tenetur sub cuius baronia feudum situm est quod illi pro dote datum fuerit. Iurabat namque ipsa mulier in manibus Baronis ad sancta Dei euangelia, ea tangendo, quod quantum in ea erit, tutum reddit ipsum Baronem, quod non offendet eum: neque patietur aliquam læsionem, vt perdat vitam, vel aliquod membrum. Item quod non procurabit capturam eius personæ, nec consentiat alteri volenti eum capere, & carceri mancipare. Item quod per nullum ingenium, aut artem operabitur, quod feudum in quo fuit constitutum dotarium subtrahetur à baronia, sub qua est, saluo & reseruato mandato forte faciendo inuentarium per Dominum Regem, vel Dominum superiorem. Subdit tamen Afflic. eodem in loco. Comites vel Barones huiusmodi iusiurandum recipere, ab ipsa muliere sine licentia, & mandato regis cauere debere: quia sine mandato, & literis Regis vasallus huiusmodi iusiurandum assecurationis recipere non potest, vt patet in constitutione inchoante, Comite vel Barone. Et licet ibi de muliere nihil dicatur, tamen cum dicat ab hominib. comprehenditur etiam mulier, & sic patet aliam esse formam iuramenti assecurationis, quam præstat pro dotario: aliam vero assecurationis formam, quam præstat subfeudatarius ipsi Baroni, cuius forma ponitur in capitu. primo, in titu. de no. for. fidelitã. Item Henricus in tit. de notis feudorum. §. 8. in c. primo. §. cum datur Domino. ponit formam iusiurandi, cum domino datur defensio de inuestitura, quæ dicitur facta, iurare debet inuestituram non fecisse: Cum vero datur eius successori iurare debet, non credere inuestituram factam esse à suo antecessore. Vnde And. ab Isernia in d. §. inquit, id procedere, quia in facto proprio nõ admittitur ignorantia, l. quanquam ff. ad Velleia. & l. quisquis. C. de rescindẽ. vendition. sed hæres iustam ignorantie causam habet. l. qui in alterius. ff. de re iudica. ergo. Præterea idem Isernia in capitu. primo, §. sacramentum, nume. 4. super vsibus feudo. libro tercio, in titu. de consuetu. recti feudi, inquit querendo, qualiter iurat, an quod credit, vel ida esse, ac verò id super quo litigatur,

& sacramentum defertur? & dicit text. & sequitur Isernia, Vasallum iurare debere sic esse cum bona consciẽtia. Hic enim credere iuxta suam conscientiam non iurabit, sed quia ita est, prout etiam Dominus si iuret de facto suo, hoc est quodd illud de quo debet iurare ipse fecerit vel à facto suo dependeat, & ideo si ipse inuestiuerit sic esse iurare debet vel non esse: si vero de facto patris, aliorum antecessorum suorum, an scilicet illi inuestierint, & tunc se credere iurare debet iuxta suam conscientiam, & de hoc inquit argumentum esse in dicta, qui in alterius. ff. de regul. iuris, & omnium legum dicentium dari de facto alieno probabilem ignorantiam, l. fina. ff. pro socio. & ita etiam intelligit de vasallo, vt ita iuret cum de facto alieno iurare debet nam cum aliqua dubitatione respondere potest, vt habetur in c. si vasalli culpam. in titulo. si de feudo contra. fu. & capit. si vasalli culpam. & capit. vasallus, in titu. ff. feud. §. si interdicto, infra titu. primo. Non enim quatenus ad hoc pertinet, ad imparia iudicari, vt etiam sequitur in fin. §. vel subdit quid si iudex defert, & tunc inquit, quod si dubitat, perat tempus ad deliberandum, quia nec præcise debet dicere esse, vel non esse, cap. si contigerit, in titu. qualis. quis se defend. debe. & l. si quis post mortem, de quibus in glo. debent esse inter Dominum & vasallum, vt dicit ille text. nec videtur talem differentiam, vt cogatur subire anceps periurium. l. videamus. ff. de milit. iura. Et si dici possit non esse anceps periurium, cum tantum ad deliberandum temporis habeat, vt certus reddi possit. At si sit tale factum, de quo certus reddi non possit, ad periurandum, vel ad præstandum dubium iusiurandum compelli non debet.

CAP. XXII.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

iurare etiam debent officarii.

SEXAGESIMOPRIMO & si supra dictum sit iuramento quoque debere officiales, quia ad aliquid faciendum mittuntur, videndum etiam hoc loco est, quomodo officarii iurare debeant? & hac de re Boerius in quaestion. 149. numero nono & decimo. inquit iurare debere, vt habetur in Authen. vt iudic. sine quo suffrag. §. si vero aliquibus in prouinciis, & in §. si igitur. & in §. oportebit igitur. colum. secunda. Illud igitur prius in manibus illius præstare debent, à quibus mandatum habent, rem non nouam, in principio, & in authen. hodie iurant. C. de iudic. & in authen. iusiurandum, quod præstat ab iis. colum. secunda. vbi Angel. & authen. de defenso. ciuita. §. interim, in fin. colum. tertia. & in leg. fina. Cod. ad legem Iuliam repetun. & in l. vnusquisque, & ibi Lucas de Penna, columna secunda, versicu. sacramenti, Cod. de proxim. sacro. scrip. libro 12. Et Paris. de Puteo in tract. de syndicat. in litera, iuramentum officialis. dum ibi dicit, quod omnes officarii, vt ibi habetur, iurare debent, & idem tradit Odofredus in l. si vacantiã, colum. 4. numero quinto, C. de bon. vacan. lib. 10. & Bald. in l. prima. col. secunda, ante fin. Cod. de emancipat. liber. quem reperies, in titulo de iure liber. qua est vltim. rub. libro octauo, C. & Felyn.

in capitu dilecti, in princip. extra de maiorita. & obediens. Hæc autem officia Februarii mense dari solebant, *d.l. publicus, & ibi Doctor supra relati, & est de hoc etiam tex. in §. hoc autem, in auth. de consulibus, & tradit quoque Mart. Laudens, in d. tract. de offic. princip. §. 5.* Secus tamen est, ut voluerunt nonnulli, in officio advocatorum rei publicæ, ut habetur in *l. pro hac, C. de advoca. divers. iudic.* ubi dicitur Calend. Octobris dari consuevisse gl. tamen ibi de calendis Aprilis intelligit in verbo, per annos.

C A P. CXXXIII.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum tutoris quid comprehendat, præsertim in clausula de defendendo pupillum.

S V M M A R I A.

- 1 Iurare debent etiam tutores, & quomodo.
- 2 Clausula illa, quam iurare debet tutor, videlicet quod non relinquet pupillum indefensum, an comprehendatur sub illis verbis, videlicet qui promittit bene, & fideliter gubernare, & utilia procurare, & inutilia euitare.
- 3 Tutor ut possit administrare, quinque requiruntur.
- 4 Iurare aliud est, promittere aliud, satisfacere aliud.

1 **S** Exagesimo secundo præterea tutores quoque iurare debere dictum fuit in decisio. Capellæ Tholosanæ 63, dum ibi quæreretur, si tutor iureiurando promiserit res pupilli bene ac fideliter administrare, utilia facere, & inutilia prætermittere, an sub illis verbis illa etiam clausula comprehendatur, quam de rigore promittere debent: pupillū scilicet indefensum non relinquere? & comprehendendi conclusum fuit per ea, quæ notavit Cynus in *l. sancimus. §. defensionem. Cod. de administratio. tuto. cum ibi, quæ ibi notantur.* Et in additione ad dictam decisionem dicitur, ad hoc, ut tutor administrare possit, quinque concurrere oportere. Primum est, ut rem decreto iudicis accipiat: Secundum ut inventarium, seu repertorium faciat. *l. tutores. C. eodē tit. de tut. & l. fin. C. de arbitr. tutela, & l. tutor. ff. de tut.* Tertium ut satis det, nisi testamētarius sit, vel cum inquisitione datus sit, *l. non omnium. Cod. de administratio. tuto.* Quartum, ut iuret utilia facere, & inutilia prætermittere, ut habetur in *Authen. ut hi, qui oblig. habe. se perhib. §. final. collatio. sexta.* Quinto ut promittat præstando fideiussores pupillum indefensum non relinquere, & si dixerit Franciscus Accursius sub iureiurando præmisso comprehendendi, quod hodie præstat: Verum Dynus id non probat, quia aliud est iurare, aliud promittere, aliud satisfacere: & id memoriæ mandandum existimat, propterea ex eo multorum tutorum gesta approbantur. & hæc sunt verba Cyni in *d. l. fina. §. omnem autem. C. de administratio. tuto.* & hanc partem sequitur *Bar. in leg. Prætor ait. l. 1. §. 1. ff. de oper. noui nunci. & in l. legitimus. ff. de legit. tut. & in l. tutores. ff. de admini. tuto. & iterum idem Bart. Ioan. Fab. & Salyc. in d. §. omnem.* Ob id ta-

men quod indefensum non relinquere promittit, quin in mala causa bonam fidem cognoscere possit, non impeditur, ut supra, & idem tenet Ang. in §. tutores. *Instit. de tutel.*

C A P. CXXXIV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurare debent etiam incolæ & forenses, qui in alicuius iurisdictione domicilium habent.

S Exagesimo tertio licet quispiam subditus non sit, sed in alicuius domini iurisdictione, vel territorio domicilium habeat: licet prædicto domino homagium & fidelitatem præstare non teneatur, ex quo tamen ratione habitationis est illi subditus merito, illi iusiurandum præstare tenetur, cuius iusiurandi forma est hæc, videlicet, quod illi non nocet, sed fidelis erit, ut notat Hostien. in *c. diligenti. in lectura extra de symon. & de hoc videtur tex. in r. 1. §. si. in tract. seu. in ti. qualit. vafal. iura. debe. & refert Guido Pap. in q. 307.* Vnde etiam infert, quod anno Domini 1460. & mense Nouembris, cum esset in sancto Albano, curasse ut coram se omnes homines congregarentur, qui patres familias essent, & eis ita congregatis mandasse ut iusiurandum de fidelitate sibi seruanda præstarent, ut ex iuramento à Claudio illius loci notario apparet.

C A P. CXXXV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurare etiam debent proxenetæ.

S Exagesimo quarto proxenetæ etiam iurare à principio debent, dummodo publice prius recepti & approbati sint. Eius autem forma est, quod proxenetæ officium ex fide geret, ut tradit Straccha in *tract. de proxenet. part. 4. num. 4.*

C A P. CXXXVII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurare quoque debent parati rationem reddere.

S Exagesimo quinto illi etiam præterea, qui rationes reddere sunt parati, ex nonnullorum opinione iuris, morumque peritia præstantium iurare compellendos non esse, cum id nusquam iure cautum esse existiment: alii vero aliter censuerunt, quia æquissimum est, ut nihil dolo egisse iurent. Accedat quod ipse rationum liber, est loco positionum rei, qui rationes reddere iussus est. Vnde quemadmodum debet tale iuramentum, si ab aduersario fuerit postulatum: præstari super positionibus, ita & super tali libro præstandum esse dicendum est, prout etiam hæctenus vsus inualuisse apparet, qui optimus legum interpretis est, *l. si de interpretatione. ff. de legibus, cum vulgaribus.*

C A P. CXXVII.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I U M.

Iurare etiam debent Iudai.

S Etagesimosexto iurare debent etiam Hebraei, quomodo autem, ultra ea quae supra diximus, tradit Bart. in l. 3. §. de ferre. ff. de iureiuran. & in rubric. ff. de iustitia & iure. & in l. spadonem. §. iam autem, per illum text. ff. de excus. tuto. & Bald. & Ang. in l. non erit, §. Diuus. ff. de iureiuran. & tradit Specul. in titul. de iuramen. calum. §. restat. versic. sed pone. Iudaeus. & Innoc. & Imola in c. & si Christus, extra de iureiuran. & Ant. & Butrio in proem. decretal. & Pau. Castren. in consil. 98. visa quadam scriptura, & optime Ludo. Rom. in consil. 155. praemissum laudum. & las. in authen. sacramenta puberum, num. 66. C. si aduers. vendit.

§. IX.

C A P. I.

A R G V M E N T U M.

Variae periurii poenae.

S Y M M A R I A.

- 1 Iuramentum magis ligat quam qualibet poena pecuniaria, & de periurij poenis.
- 2 Poena periurij, quae sit.
- 3 Poena periurii est etiam terra sterilitas.
- 4 Poena periurii est captura principum & ciuitatum euersio & desolatio.
- 5 Poena periurii mors.
- 6 Poena periurii, vt raptum restituat.
- 7 Periurii magna prodigia.
- 8 Poena periurii, vt quadraginta dies in pane & aqua & septem sequentes annos poeniteat, & in testimonium non recipiatur periurus.
- 9 Poena periurii vt periurantes capite plecterentur a quod Aegyptios.
- 10 Poena periurii visus amissio.
- 11 Iuramenti effectus maximus.
- 12 Principum hodiernorum iusiurandi seruandi mos.
- 13 Periurio Dii indignantur, & poenas imponunt.
- 14 Princeps qui periurii causa a suis necatur.
- 15 Iusiurandum apponere non possunt notarij, neq; iudices, etiam quod auctoritatem & facultatem habeant extendendi instrumenta, vt voluerint sine consensu partis.
- 16 Poena peierantium est etiam infamia, & quando eam incurrant ipso iure, & quando requiratur sententia.
- 17 Poena iurantis in re pecuniaria per genium principis, est sustigatio.
- 18 Periuria a principe laico, an puniri possint.
- 19 Periuria quare grauisima poena corporali non puniuntur.
- 20 Poena priuationis ab ordine punitur periurus de iure canonico de simplici periurio, & clericus beneficio priuandus est.

21 Periurium vtroque iure tam civili quam canonico poena infamia punitur.

22 Periurii poena duodecim recitantur.

Quoniam iusiurandi vinculum magis afficit quam quaeuis alia poena ꝛ pecuniaria, cum in altero de pecunia damno, in altero vero de animae salute, quae rebus omnibus praefenda est. l. sancimus. C. de sacrosan. eccles. & l. si in duobus. ff. de regul. iur. in princ. tractetur: merito ꝛ nonnulla de poenis iuramentorum referenda sunt: & in primis sciendum est, deierationem Dei iram continere. Legitur namque Iosue 9. Iurauimus eis in nomine Dei Israel & ideo Deos attingere, ne contra nos Dei ira conciterur: si peierauerimus, dubium non est. Accedat etiã, quatenus pertinet ad poenas temporales, & quae in vita irrogantur, q̄ ppter periurium superuenit sterilitas ꝛ terrae, seu fames tempore Dauid, quae tres annos populum afflixit. Idem quoque accidit ob periurium Saulis. Accedat etiam quod Rex Sedechias ꝛ captus est Hierosolyina depopulata ob id quod Rex ipsa iuramentum fidelitatis Nabuchodonosor non seruauit, vt habetur in 4. Regum vltimo, & legitur 1. Reg. ca. 2. quod Salomon Rex propter iuramentum non seruatum Persemei de non recedendo ab eo, & alibi accedendo, eum occidi iussit, ꝛ & occisus fuit. & Leuit. 1. c. 5. in fi leguntur huiusmodi verba. Aut si rem perditam inuenit, & eam negauerit, iuraueritque, falso superquatiã rem ex omnibus his, quae facere solet homo, in quae hic peccare. Si itaq; peccauerit & deliquerit, restituat ꝛ raptum q̄ rapuit, aut quod per calumniam extorsit, aut depositum quod illi fuit commissum, aut rem perditam, quam inuenit: Quin totum illud, super quo peierauerit, reddet sorte addita ei quinta eius parte: reddat inquã ei, cuius est in die quo expirat delictum sum: sacrificium vero pro delicto suo tribuat Domino. Mos. n. iurandi antiquorum legitur Genes. cap. 24. hunc in modum. Pone quãso manũ tuam subtus femur meum, iuramentumque te per Deum caeli & terrae adigam, ne accipias vxorem filio meo de filiabus Chanaam, inter quos ego habito, Apud Vestinos, Picentes, Marfos, Pelignos, Marrucinos, Samnites & Laianos, cum adhuc non defecissent & Cai. lex. Praetorem Roma ꝛ legatum a se missum apud Alculum, omnesque ciues occidissent contra foedus & iusiurandum, pacis continuo atrocissimã perniciem infamissima praecessere prodia. Omnia namque animalia, quae in suis stabulis contineri consueuerunt, eis relictis, pascuisque cum vlulatu, hinnitu, mugituque miserabili ad siluas montesque fugerunt. Canes quoque lachrymosis ac mœstis vlulatibus luporum ritu oberrarunt, vt inquit Orosius lib. 5. c. 18. Vnde Aristoteles Alexandro dixit: si quæreres, quae fuit causa destructionis regni Barbarorum & Scytharum: responderem, quia Reges eorum iuramentis utebantur ad fraudem & deceptionem hominum, federa frangentes. Irrogatur & alia poena ꝛ periuris de iure canonico, de qua habetur inc. quicumq; sciens peierauerit. 6. q. 1. quae huiusmodi est: Quadraginta namq; dies in pane & aqua, & septem sequentes annos eos poenitere debere: ac etiam vt nunquam in testes recipiantur vt habetur in c. si quis periurauerit. 22. quæstio. 5. Aegyptii ꝛ autem capite periuros multabant, tanquam hi, qui duplici scelere tenerentur, vt qui & pietatem erga Deos violassent, & fidem